Item thundur reist fyrer thióda Rauk. Thundur est cognomen Odini exaravit ante vulgi primitatem. Rauk seu Røk/non est cavere, sed monimenta primæva seu originales derivationes.

Liód thau eg kann er kannat thiódans Kona og Mansfis Møgur Puerilis hic fuerat interpres ponendo appellativa paulo obscuriora pro propriis nominibus. Carmina novi quæ novit neqve vir, nec mulier & neminis filius, ita reddidissem, vel nemine natus novit. Mange in Nominativo nemo, Mansfis in Genit: ratio est declinationis eadem cum latinis. Si componuntur duo recti ambo variantur. Veluti hic Mann & Einge.

Vocabula quæ his versibus occurrunt & antiquitatem sapiunt hic annotantur.

Gätter vel Giætter / Gatt in Sing: fores seu apertura ostii, unde phrasis, Hurd er á Giætte / Janua patet, aperta est.
Flet/ Fletiar in plur: Area domestica seu platea penatum.

Wy

Wyte culpa noxa, vitium immodestiæ.
Braut/ callis. Thiódbraut via regia.
Walat/ fortuitum Diversorium seu mendicatum.
Gume pro viro, maximè pro ingenuo Censore, inde Brudgume procus, Gume procax, thrumer insidiatur, vel occultè imperans.
Sylg/ Øl Cervisia, à Svelgia ingurgitare.
Koper/ hiat, inhiat, nunc Gaper.
Folld/tellus dictio Hetnera.
Grádugur Madur/ homo helluans, Comedo, Catillo,
Wøvera / Dubia exercitatio. Item Wogestur fortuitus hospes, dubius.
Hæsenn freqventativum ab Hæden/ illusor, irrisor.
Endurthága/ talio, remuneratio.
Therd/ exsiccatio, tergificatio.
Thiódlad Contubernium, Diversorium.
Werdur prandium vel cœna.
Augabragd æstimatio prima fronte.
Glamme/ Gerro, congerro.
Drir infestat inde Drar jurgia diffugia.
Afhvorff acclivis via vel molesta longo profecta seu proprie circumitiones moram facientes.
Gangastala phrasis seu circumscriptio pro crebro & continuo: nam Skale est cubile, vel Cænaculum crebro perambulari solitum.
Lysung perfidia, fucata mens, hypocrisis.
Off hug mæla/ adversus mentem loqui.
Ørløg sinistra fata, molestiæ.
Wit unde Witran visitatio.
Man/virgo.
Mange/ nemo,
Mann vir inde dubium Mange/ nemo sc: com: gen:
Bautasteinar/ saxa bustis imposita.
Gryma nox in tempesta.
Seffe animus.
Siffiar Amicitiæ necessitudines.
Thulur & Fimbulthulur/ orator referendarius.
Makir gladius à μαχαιρα.
Mar. Eqvus, inde Mer equa.
Ryta seu Rauta frendere rugire belluarum more.


Tel.

Teitur hinnulus, eqvuleus vel quilibet juvencus.
Jdgiolld xenium, remuneratio.
Thula Declammatio fabulæ, inde thulur effator.
Galle/ vitium seu virulentia animi.
Skólpinn/ tetricus distortus.
Wilmegar/ servi, mancipia, ab Asavili oriundi, quasi ejus filii adulterini.

FINIS.



14



Vølu Spå/

Epter Sæmundar Eddu.

1. Stropha.

Hlióds bid eg allar Helgar Kinder/
Meire / og minne / møgu Heimdallar /
Willdo at eg Walfødurs/ vel umm (a) telia /
Fornspiøll fira / thau er eg fremst (b) um Nam.

2. Eg nam Jøtna Aar umm borna/
Their (c) ed fordum mig frædda (d) høffdu /
Nio nam eg heima/ Nio Jvide /
Miøtvid Mæran fyrer Molld nedann.

3. Ar var allda tha er Ymer bygde(e)/
Vara sandur ne sær/ nie svalar um /
Jørd fanst Æfa nie upp Himen /
Gap var Ginnunga/enn gras hverge.

4. Adur Bursyner (f) biodum (g)ypdo/
Their ed Midgard Merann skopo/
Sól skein Sunnann a salar Steina/
Tha var Grund gróen / grenum Lauki.

5. Sól varp Sunnan sinne Mana/
Hende hinne hægre/ um Himen Jódyr/
Sól thad nie visse hvar hun Sale átte /
Stiórnur thad ne vissu hvar thær Stade attu /
Mane thad ne visse hvar hann Meigins atte.

6. Thå(h) geingu Reigin Øll å Rockstóla
Ginnheiløg god/ og um thad giættust /
Nótt og Nidjum/ Nøffn um gåffu /
Morgum hietu og Midján Dag /
Und orn (k) og aptan Arum ad teliá.

7. Hittust Æser å Jdavelle/
Their ed (l) Hørg og Hof håtymbrudu/
Affla løgdu aud Smydudu/
Tanger skópu og tól giørdu.

8. Teffldu i Tune/teiter voru/
Var theim Vetterges vant ur Gulle/
Unst thriar komu Thurssa Meyar /
Amatkar miog ur (m) Jøtunheimum.

9. Thå gengeingu Reingen øll å Røkstoola /
Ginnheiløg God (o) /
Hver skillde Dverga (p) Drotten Skepia /
Ur Brymes Blóde (q) / og (r) blåm Leggium.

10. Thar Motsogner er mæstur um Ordenn/
Dverga allra/ enn Durenn annar/
Their Mannlykøn mørg umm giørdu/
Dverga ur Jørdu sem Durenn sagde.

11. Nor og Nide/ Nordri og Sudri/
Austre og Westre/ Althióffur/ Dvalen/
Bivør og Bavør/ Bumbur/ Nori/
An og Anar/ Ai/ Miødvitnir.

12. Weigur og Gandalffur/Windalffur/ Thråinn.
Theckur/ Thorē/Thror/Litur og Vitur.

13. Når og Nyradur (s) / nu heffa eg Dverga/
Reginn og Radsvidur/rett umm talda/

(a) Framm. C. R. (b) of. C. N. (c) thau. C. R. (d) fødda. C. R. (e) ali habent tha ecke var. (f) Baudmnni. C. N. (g) um. C. R. (h) Gengeingu. C. R. C. N. (k) Und verne C. N. (l) er. C. R. (m) pro miøg ur legitur alias tvær ur. C. N. C. M. (o) in C. M. additur um thad giættust. (p) Drott ofi Skepia. C. M. (q) ur brimi blodgu. C. M. (r) or. C. R. (s) Nithingar. C. N.

Jili / Kili / Funden / Nale /
Heite / Wilt / Hanar / Svyor (t).
14. Frår / Hornbori / (v) Føgur og Lône /
Aurvangur Jare / Eckinſkiallde /
Maal er Dverga (x) i Dvalens Lide /
Liôna kindum til Loffars telia /
Their ed ſôttu frå Salar Steine (y) /
Aurvanga ſiött til Jôrvalla (z).
15. Thar var Drupner og Dôlgthraſer /
Hår (a) / Haugſpore (b) Hlevangur (c) /
Glôe (d) /
Skirvir / Wirvir / Skaffidur / Ai /
Alffur og Jngvi Eikinſkialldi.
16. Fialar (e) og Froſte / Finnur (f) og
Ginnar /
Thad mun vppe medann Ølld liffer /
Langnydia tal Loffars hafat (g).
17 Vnſt thriar komn vr thuy Lide /
Aufflgir og Aſtgier / Æſer ad huſe /
Fundu å Lande / Lytt megande /
Aſk og Emblo / Ørløg Lauſa.
18. Aund thau nie attu / ôd thau ne
hoffdu /
Lå nie læte / ni litu gôda /
Aund gaff Odinn ôd gaff Hæner /
Lå gaff Lødur og Litu goda.
19. Aſk veit eg ſtanda / heiter Ygdraſill /
Hardbadmur (k) Auſenn / hvyta (l)
Aure /
Thadann koma Døggvar thærs i Da-
le falla /
Stendur Æ yffer Grônn / Wrdar-
brunne.

20. Thadan koma Meyar / margs vi-
tande /
Thriar vr (m) theim Sæ / er vnd tholle
ſtendur /
Wrd hietu eina / Adra verdande /
Skaaru å Skillde (n) Skulld ena
Thridiu.
21. Thær løg løgdu / thær lyff (o) kuru /
Allda Børnum / Ørløg (p) ſegia.
Thad man hun (q) fôlk vyg / fyrſt i hey-
me /
Er Gullveig geirumm ſtuddu /
Og i Høll Hårs / hana brendu.
22. Thriſvar brendu / Thriſvar borna /
Opt ôſialldann / thô hun enn Liffer.
Heide hana hietu / hvars til huſa kom /
Wølu vel Spaa / Witti hun Ganda /
Seide hun (s) kuñe : Seide hun leikinn /
Æ var hun Angann Jllrar Brudar.
23. Thå (t) geingu Reigen øll å Rok-
ſtôla
Ginnheilog God (v) /
Hvort ſkilldu (x) Æſer offrad (y) giall-
da /
Eda ſkilldu Godenn øll gillde eiga.
24 Fleygde Odenn og i fôlk vmm (z)
ſkaut /
Thad var enn følkvyg fyrſt i heime /
Brotenn var Bordvegur Borgar Aſa /
Knattu Vaner Vije Spaa / Wøllu
Sporna.
25. Thå (a) geingu Reigen øll å Rok-
ſtôla /
Ginnheiløg God (b);

Hver

(t) Haer / Sviar. C.N. (v) Fle.ur. C.N (x) vr. C.N. (y) fra Sverins hauge. C.N. (z) Joru valla. C.N. (a) havr. C.M. (b) hugſtari. C.N (c) hleidolfer. C.N. (d) Glôin. C.N. (e) Falur. C.N. (f) Fider. C.N. (g) hafid. C.N. (k) harbadmur. C.R. C.N. (l) huytum C.N. (m) Vtaff. C.N. (n) Skide v. C.R & C.N (o) Løg / C.N. (p) Segia. C.R. & C.N. (q) hon. C.N. (s) Seide knå hon. C.N. (t) Gengeingu C.R. gengengo. C.N. (v) Ginheil og God / giætiuzt at vm that C.N. (x) Skilldo. C.N. (y) affrad. C.R. C.N. (z) of pro vm. C.N. (a) Gengeingu. C.R. gengengo. C.N. (b) Ginnheiloggod; Vm that giætiuzt.

Hver (c) heffde Lofft allt Laevi blandid/
Edur Aett Jotuns/ Odsmey geffna.
26. Thor eirn thar var/ thrungenn Mode/
Hann (d) sialldann situr/ er hann slykt
vm fregn/
A geingust Eidar / Ord og (e) Saere/
Mål øll meigennleg er/ (f) medal fóru.
27. Weit (g) hun Heimdallar hliód
vm folgid/
Vnder heidvønum helgum badme/
A-sier hun ausast (h) aurgum fosse/
Aff vede Walfødurs; Witid-their enn/
eda hvad?
28. Ein sat hun vti/ thå hinn Alldni kom/
Yggiongur Asa/ og i Augu leit/
Hvers fregned mig? huy fristed Myn?
Allt veit eg Odinn hvar thu Auga fallt/
J enum (i) Maera Mymes brunne/
Dreckur Miød Mymer (k) Morgen
hverjann/
Aff vede Walfødurs/ vited their enn eda
(hvad ?
29. Walde henne Herfødur/ hrynga og
men /
Fespiøll Spakleg og Spaaganda /
Så hun vitt og vm vytt (l)/ vm verølld
hveria. (m) (nar/
30. Så hun Walkyriur vytt vm kom
Giørvar ad ryda til Godth ódar /
Skulld hiellt Skyllde/ enn Skøgul
Ønnur/ Gunnur/ Hilldur/ Gøndul og
Geir skøgul.
Nu eru taldar Nønnur Herians (o)/
Giørvar ad ryda Grund Walkyriur. (p)

31. Eg så Balldri Blódgum Tivor/
Odins Barne/ Ørløg folginn/
Stód vmm Vaxinn/ vøllu haerre/
Miór og miøg fagur Mistelteirn.
32. Ward aff theim meide er Møn-
num (q) syndest/ (ta
Harmslog haetleg/ Haudur nam Skió-
Balldur Broder var ofborenn Snemma/
Så nam Odins Sonur (r)/ Einnaettur
Wega.
33. Thó hun Eva hendur nie høffud
kiembde / (ta/
Adur å bål vm bar/ Balldurs Andsko-
Frygg vm griet i Fensølum/
Wørdur Walhallar/ vite their enn eda
hvad?
34. Hapt så hun liggia vnder hunalun-
(de (t)/
Legiarn Lyki / Loka otheckian
Thar situr Sigyn theige (v) vm synum/
Ver velliod: Vite their enn eda hvad?
35. A fellur Austann vm Eiturdala /
Saurum og Sverdum / Slyd (x) hei-
ter su/
Stód fyrer Nordann/ å Nydafiøllum/
Salur vr Gulle/ Sin'ra (y) aettar/
Enn annar stód å Okolni/
Biórsalur Jøtuns / så (z) er Brymer
heiter.
36. Sal så hun standa/ Sólu fiaerre/
Nastrøndum å/ Nordur horffa dyre/
Fiellu Eitur Dropar inn vmm Lió-
ra (a)/
Så er vnden Salur Orma hriggiumm.

(c) Huor pro huer C. N. (d) sa C. N. (e) saetter. C. N. (f) å C. R. Mal / oll minneleg thau ed medal fóru. C. M. (g) veit hon hefur Heimdallar &c. C. N. (h) Ørgum. C. N. (i) hinum. C. N. (k) mørgum. C. N. (l) off. C. R. (m) vite their enn eda huad. C. N. (o) Odins. C. N. (p) at ryda til God thiodar. C. N. (q) mier C. N. (r) hvera. C. R. (t) Einnaettann. (v) vaeu. (x) Slider. C. R. (y) Sindre lapis. (z) Enn sa Brymer C. R. sa Brymer. C. N. (a) falla eitur Aar in vm Liora. C. N.

37. Sa hun thar vada/ thung Strauma/
Men Mein svarar og Mordvargar (b)/
Og thann Annars glepur eyra Runum (c)/
Thar (d) süg Nydhøggur Naj framm geingna/
Sleit vargur vera: Vite their enn eda (hvad?

38. Austur sat hin Allдна i Jarnvide/
Og fædde thar Fenres Kinder/
Vard (e) aff theim øllumm (f) Eina Nockur/
Tungls tiugare i Trølls hame.

39. Fyllest (g) fiorffe/ feigra Manna/
Rydur Ragna siøt raudumm Dreyra/
Svort verda (h) Sólskin/ off (i) Sumare efter/
Wedur øll valynd / vited thier enn eda (hvad?

40. Sat thar å Hauge og slô hørpu/
Gyar (k) hyrder gladur Egdir/
Gôl vmm (l) hønum i gaglvide/
Fagur raudur hane/ så er Fialar heiter.

41. Gôl vm Asu/ Gullinkambe/
Så vekur hølda ad her føдurs (m)/
Enn Annar gielur fyrer Jørd Nedañ/
Sóttraudur hane ad sølum heliar.

42. Geyr Garmur miøg fyrer Gnypahelle (n)/
Festur mun slitna/ enn freke renna/
Fiøld veit hun frôda (o)/ framm sie eg leingra/
Vm Ragnarøk/ røm Sigtiva.

43. Brædur munu berjast/ og ad bønum verda/
Munu Systrungar sifium spilla/
Hart er i henne/ hôrdômur mykell/
Skeggølld/ Skalmølld/ Skillderro Kloffner (p)/
(styvest.
Windølld/ Vargølld ådur Verølld
Mun einge madur Ødrum thyrma.

44. Leika Mimes syner eñ Miøtvidur kindest/
Ad (q) enu galla Giallarhorne/
Håt blæs Heimdallur/ horn er å Lopte/
Maler Odinn vid Mymes hoffud/
Ymer (r) ed allдна trie/ enn Jøtun loßnar/
Skelffur Ygdrasils Askur standande.

45. Geyr nu Garmur fyrer Gnypahelle/
Hrimur (s) ekur Austann/ heffur (t) eind fyrer/
Snyst Jormungådur i Jøtunmod (v)/
Ormur knyr vnn/ enn Are hlackar/
Slytur Naj Neffølur/ enn Naglfare loßnar.
(Mußpells/

46. Kiøll fer Austann/ koma munu
Vm Løg lyder/ enn Loke styrer/
Fara fyffls Megir med freka aller
Theim er Brôdur Byleits (x) i før.

37. Hvad er med Asum? hvad er med Alffum? ... thyt ...
Gnyr allur Jøtunheimur ...
Stynia Dvergar fyrer ...
Veberga (z) ... vited thier enn eda hvad?

(b) Menn Nordvargar og meins vara. C. R. m. ñ meinsper ... C. N. ... no. C. R. & C. N. (d) Inter præcedentem versum & hunc legitur in C. N. hic seqvens versus: Enn i hvergelme vitum vest vera. (e) verdur. C. R. (f) ... (h) Svart var thå. C. R. (i) vm. C. N. (k) Gygiar. C. N. (l) of. C. N. (m) ... durs C. R. (n) helle. C. N. (o) hon fyrna. C. N (p) kloffna C. N. (q) ... C. N. (r) ... C. N. (s) inter præcedentem versum & hunc legitur in C. N. seqvens: ... fe r nna. (t) ... C. N. (v) Jøtunmede. C. R. & C. N. (x) ... mors, mors æterna. (y) ed. C. R. (z) Weggbergs. C. R.

48. Suttur fer Sun[illegible]
leffe /
Skyn aff Sverde Sôl valtiffa (a) /
Griôtbiørg gnata / enn gifur rata /
Troda haler helveg / enn himen klofn[illegible]r.
49. Thå kemur [illegible]linar harmur Añar /
Framm er Oden fer vid Ulff Vega /
Enn Bane B[illegible]lia Bjartur ad surti /
Tha mun Fryggiar falla Angantyr.
50. Thå kemur hinn mykle (b) møgur
sigfødurs /
Widar vega / ad Valdyre /
Lætur hann meige hvedrungs mund vm̃
(c) standa /
Hvor til [illegible]ia ta thå er heffnt fødurs.
51. Tha kemur hinn (d) Mære Mø-
gur Hlodynjar
Geingur Odins Sonur vid Ulf vega /
D[illegible]epur hañ af môde Midgards Veor /
Munum haler aller heimstod riota /
Geingur fet nio fi[illegible]rgunar bur /
Neppur fyrer (e) Nadri Nids oq[illegible]id
(Mar-
num.
52. Sôl tekur Sortna / Sygur folld i
Hverfa aff himne heidar stiornur /
Geisar eime (f) vid alldurnara /
Leikur haar hite vid himen siålffann.
53 Geyr nu Garmur fyrer Gnypahelle
Sier hun vpp koma i Øoru sinne / [illegible]
[illegible]
Så er å fialle [illegible] veider.
54 Finnast Æser å Idavelle /
Og vm Mollothynur måttkañ Dæma /
Og (g) å Fimbultys fornar runer.
55 (h) Thar munu efter vndur sam-
legar /
Gullnar töfflur i grase finnost /
Thes er i Aardaga åttar h[illegible]ffou.
56 Munu ôsåner akrar vera (i) /
Bøls mun alls batna / Balldur mun
koma /
(Sigtoptir /
Bua their Haudur og Balldur / [illegible]
Vel Valtivar vited their enn eda hvad.
57. Tha knå Hæner / (k) hlaut vid-
kiosa /
Og byrer byggia Brædra tveggia /
Windheim vydan[illegible] / veit eg eñ eda hvad?
50. Sal sier hun standa Sôlu fegra /
Gulle thaktan å Gimle /
Thar skulu dyggvar drotter byggia (l) /
Og vm Alldurs Daga Yndes Niota.
59. Thar kemur hinn dimme Dreeke
fliugande /
Nad (m) fran nedan Nidafiøllum /
Ber sier i Flødrum flyg ur Woll yffer /
Nidhauggur Naj / nu mun hann (n)
sæyqvæt.

(a) Tyre C. N. (b) meire C. N. (c) [illegible] C. N. (d) en[illegible] C. N. (e) [illegible] C. R. (f) ell-dur. C. N. (g) Inter præcedentem versum & hunc legitur in C. N. seqvens: Minnast [illegible] formulu og Dæmi. C. N. (h) Tra C. N. (i) [illegible] C. N. (k) [illegible] C. N. (l) bvä. C. N. (m) Nadur framm. C. N. (n) pro [illegible] legunt alii.

FINIS HUIUS CARMINIS.

Vaticinium Volæ

Latinè quodammodo redditum à Stephano Olai Islando.

1. SIleant rogo omnes sanctæ cre-aturæ.
Majores minoresq; filii Heimdalli (*a*);
Vis me accurate enumerare vetusta elogia
Virorum Valfödurs (*b*) quæ remotissima recordor.

2. Ego memini Centauros (*c*) manè natos
Qui olim me erudiverunt.
Novem accepi esse mundos, novem ideas.
Cremia novella infra pulverem. (*d*)

Chaos
3. Mane (*e*) erat seculorum cum YMERUS (*f*) habitavit,
Erat nec arena, nec mare, nec refrigerantes aurulæ
Terra reperta est nusquam, nec in alto cælum.
Hiatus (*g*) ingens erat spatii, & gramen nulli ibi.

Creatio mundi.
4. Anteqvam Bursonii tabulas allevarunt
Qvi Midgardum novellum moliti sunt.
Sol illuminabat ex meridie lapides palatii (*h*)
Tunc terra produxit viride porrum (*i*)

5. Sol conjiciebat ex meridie suâ, lunam
Dexterâ, trans cœlestis equi fores. (*k*)

Sol

(*a*) Heimdallur unus fuit Asarum, de quo vide Edd: fab: 25. (*b*) Valfodur synonymum est Odini, compositum à Valur hoc est acervus mortuorum, qui in bello occubuerunt, & Fodur pater. (*c*) Gygantes. (*d*) intellige terram. (*e*) Aera. (*f* Ymerus quis & qualis fuerit satis ostendit Edda Mytholog: 4. 5. & 6. (*g*) Abyssus (*h*) frigidos. (*i*) fruticem. (*k*) Trans cœlestis equi fores dicitur hic sol suâ dextera lunam conjecisse, quia simul ac noctescit, conspicitur luna, quasi per easdem fores mundum ingrediatur, qvas eqvus, nocturnum currum trahens, HRIMFAXI nominatus à pruinosa juba, noctem advehit: Qvamvis alii pro himin Jödur legant himin Jadar quod cæli marginem denotat, ut talis emergat sensus: Sol conjiciebat ex meridie sua dexterâ lunam per cæli marginem; Sed contrarium habet codex vetustissimus, & ut existimo, unicus Eddæ Sæmundi, ubi non extat Jadar sed claris verbis literis Jödur compositum à Jör eqvus [cujus genitivus est Jös Dat: Jö / Accus: Jö Vocat: ô Jör Abl: ab hoc Jö. Abjicit enim literam r, in obliquis Num: Sing: & omnibus casibus Plur: qvamvis Islandi poëtæ id hodiè communiter non observent, de talibus observationibus non admodum sollici (paucis quidem exceptis) peccantes hoc modo in priscam & genuinam lingvæ indolem meâ quidam sententia] & à Dur fores, quæ vox eodem modo ac olim etiamnum scribitur. quocirca ego, priorem sententiam amplectens, appello Jödur eqvinas fores.

Sol nescivit ubi palatia possideret;
Stellæ nesciverunt, ubi sedes sibi vendicarent;
Luna nescivit ubi suæ vires sitæ essent.
6. Tunc occuparunt Dii omnes tribunalia sanctuli Deastri
Et hæc considerarunt
Nocti sc: decrescentiq; lunæ nomina indiderunt.
Mane vocarunt & meridiem.
Inclinationem & vesperam annis numerandis.
7. Conveniebant Asæ in IDA campo
Qui lararia & fana (horg og hoff) (*l*) alte exstruxerunt.
Fornaces struxerunt, pecuniam moliti sunt,
Forcipes crearunt, & fabrilia instumenta fabricarunt.
8. Calculis luserunt in area, hilares (teiter) (*m*) fuerunt,
Nulla virtus desiderabatur illis in auro:
Donec tres advenerunt Thursorum virgines
Præpotentes valdè ex Jötunheimum.

Creatio Satyrorum.

9. Tunc denuo occuparunt (gengeingu) (*n*) Dii omnes tribunalia sanctuli
Deastri, considerantes
Qvinam deberet Dominus Nanos creare
Ex Brimeri sangvine & blaviis cruribus.

Motsogner & Durin Nani primi & præstantissimi reliquorum pygmæorum creatores.

10. In quo Mótsognerus primas obtinuit
Inter Nanos omnes, Durinus autem secundas,
Qvi Nani multas finxerunt humanas effigies
Ex terrâ, tanqvam dixit Durinus.

Nanorum vel pygmæorum nomina.

11. Nör & Nidi, Nordri & Sudri,
Austre & Vestre, Althiofur Dvalin,

Bi-

(*l*) Horgur Fanum Deabus deputatum: Hoff verò Diis. (*m*) Teiter illi propriè dicuntur, qui vinum ad hilaritatem biberant; unde Ølteite vini hilaritas. Olim antiqvis dicebatur is qvi nobis nunc est druckinn ɔ: ebrius: Item offu ø[illegible] ɔ: vino obrutus, & Ørvite ɔ: rationis expers. (*n*) Biörno Jonæ Skardsaënsis, maximus inter Islandos antiquarius, derivat hoc verbum Gengeingu ubicumq; in Vaticinio Volæ occurrit, à Han/ ɔ: notâ, & Normannis olim usitatâ, magiæ specie, & geingu prodierunt, ut legendum sit / Hangeingu / Magia suffulti & instructi prodierunt. Et Hinheilög God / quasi Hanheilög ɔ Deastri quorum sanctitas à magiâ unicè dependit: Quæ derivatio videtur longius petita qvam alia (qvamvis lector liber sit calculum utri libuerit apponere). Nam semper occurrit scriptum in Edda Sæmundi Gengeingu iterum ambularunt, & Ginheilog interdum Ginnheilög per geminum n, à verbo at Ginne ɔ: decipio, & Heilagur/ɔ: sanctus, quod illorum sanctitas Ethnicos deceperit; quibus verbis Sæmund. Frôde (multiscius) qui in Papatu vixit & Pastor fuit Oddensis suam de hac Deastrorum sanctitate sententiam subindicare voluerat, ut innotesceret Eddæ lectori, se contrarium fabulis Eddicis, qvamvis easdem conscripserit, credidisse.

Bivőr & Bavőr, Baumbaur Nori,
An & Anar, Ai Miödvitner. (o)

12. Veigur & Gandalfur, Vindalfur Thrainn,
Theckur, Thorinn, Thror, Vitur & Litur, (p)

13. Nar & Niradur, nunc sunt à me Nanorum
Virtutes & in consiliis prudentia ritè enumerata
Fili, Kili, Fundinn, Nali,
Heyte, Vili, Hanar, Svior,

14. Frar, Hornbori, Frægor & Loni,
Aurvangur Jari Eikinskialldi (q)
Tempus est Nanos in Dvalini sodalitio
Hominum filiis in honorem recensere
Qui adduxerunt à Salarsteine profecti
Aurvangi agmen ex Jorvöllum.

15. Ibi Drupner (r) erat & Dolgthraser (s)
Har (t) Haugspore (v), Hlevangur (x), Gloi (y)
Skirvir, Virvir, Skafidur, Ai,
Alfur & Ingvi Eikinskialldi (z)

16. Fialar & Frosti, Finnur & Ginnar (a)
Hoc ipsum dum vivunt homines
Celebrabitur inter seros nepotes.

Creatio primorum hominum & eorum nomina, Viri Askur/ Mulieris Embla.

17. Donec tres venerunt ex illo agmine (b).
Præpotentes & amabiles Asæ ad domum qvandam,
Offenderunt in littore miseros
Askum & Emblam omni conatu destitutos.

18. Ani-

(o) Nör à novilunio, quod Ny vernaculè sonat, quasi Nyr og Nide, à silente vel decrescente luna, antiquis Nid appellatâ, Nordri / Borealis, Sudre / Australis, Austre / Orientalis, Westre Occidentalis à quatuor mundi cardinibus appellati quia ventis cardinalibus præsunt. Althiöffur Universalis fur, Dualen à mora. Octo seqventium nomina obscura sunt. Biver og Bavør / Bumbur/ Nore / Anog Anar / Ai / Miodvitner/ ultimum videtur compositum à Miod mulsum & Wit scientia, quia Nani mulsum in venerunt, in quo poësis scientiam latuisse fabulantur. (p) Weigur à Weig quod synonymum est Vini, vel potius defrutum. Gandalfar illi dicti sunt qui baculo inter crura posito, addito etiam carmine magico, in aërem allevati, terram & maris altum supermeare, exiguoq; temporis spatio inter regiones remotas nuncium ferre potuerunt. Vindalfur à vento. (q) Frar ɔ: alacer, Hornbore à terebrandis cornibus, Fregur celebris, og Lone / stagnans aqvam. Aurvangur à latulenta gena, Jari unde dicatur non constat. Eikinskialde à qverno scuto. (r) à stillando. (s) hostem increpans, quem Dolg prisci vocabant. (t) atlus. (v) ab occupandis bustis vel tumulis. (x) à ridente gena. (y) chirotheca. Seqventia nomina sunt obscura. (z) à qverno scuto, ut superius. (a) Fialar ab asseribus; og Froste/ à gelu; Finnur inventor; og Ginnar decipiens. (b) sodalitio.

18. Animam nec possidebant, rationem nec habebant;
Nec sangvinem nec sermonem, nec faciem venustam:
Animam dedit Odinus, rationem indidit Hønerus:
Lödur sangvinem addidit & faciem venustam. (*c*)

Φύσις. 19. Ego fraxinum scio exstare Ygdrasil (*d*) vocatam,
Rigidas comas superfusam albo luto.
Inde imbres ortum trahunt qui in valles decidunt,
Stat semper virens supra Urdarbrunne.

Parcarum nomina 1. Urd. 2 Verande. 3 Skulld.

20. Inde emergunt virgines multisciæ
Tres ex isto mari quod cauduci subest
Urd unam nominarunt, aliam Verdandi,
Inciderunt Skidiæ tertiam, Skulld dictam. (*e*)

Munera Parcarum.

21. Hæ leges sancierunt, hæ vitam dispensarunt
Seculorum filiis & fata mortalium.
Hujus illa cædis primæ in mundo meminit
Cum Gullveigam (*f*) bipennibus fulcierunt
Et in aula Hari (*g*) ipsam exusserunt.

22. Tribus vicibus combusserunt, tribus vicibus natam
Sæpè & non raro, quæ tamen adhuc vivit
Heide (*h*) appellata est, qvamcunq; villam veniret.
Ac Vola bona vaticinans, qvæ magicos baculos execrata
Venefica carmina edocta, incantamentis artem juvit,
Exhibens semper malæ mulieri molestiam.

23. Tunc denuo occuparunt Dii omnes tribunalia sanctuli Deastri
Considerantes, num Asis sinistri consilii damna essent reportanda,
An verò deberent Dii omnes symposia sibi vendicare.

24. Fecit impetum Odinus & in catervas populi jaculatus est
Quæ adhuc prima erat cædes in mundo

B Fracta

(*c*) Hunc locum enarrat Edda fab. 7. (*d*) Yggdrasill componitur ab Yggur Synonymo Odini & Drösull eqvus, quasi Odini eqvus; sed qua ratione ambigitur: de hac arbore vide Eddæ fab. 14. (*e*) (Urd præterita/ Verande præsens, Skullo futura, proprie debitum; hæ Norner fatidicæ seu parcæ appellantur. Astungar habent FAFNISMAL Eddæ Sæmundi: Fraxineides translatio Dni Magni Olai, quando earundem & ejusdem muneris plurium ortus enarratur: Sed minus, ut opinor, rectè, non quod genuinam vocis Etymologiam ignoraverit, sed non attenderit: quia opere in longo fas est obrepere somnum. Derivaverat ille ab Ast/ fraxino & syllabica adjectione Ungar: Sed non ita: Compositum est ab As & Kyn/ quasi Astyngar Asarum generationis. Sumar eru Astungar/ sumar Alfkungar/ sumar eru Dœtur Dualens: Quædam sunt Asarum generis, quædam faunorum generis, quædam filiæ Dvalini, quam sententiam satis approbat contextus in Eddæ Snorr. fab: 15.) (*f*) ab auro & vino (*g*) Odini Synonymum & significat sublimem. (*h*) exponitur serenitas.

Fracta eſt diametralis via Civitatis Aſarum
Potuerunt Vaner à bello campis cavere. (ſtri
25. Tunc denuo occuparunt Dii omnes tribunalia ſanctuli Dea-
Conſiderantes; quisnam æther univerſum mari miſcuiſſet.
Et generationi Centaurorum virginem Odi (*i*) dediſſet.
26. Thorus unus ibi erat ira turgidus,
Qui rarò ſedet cum tales rumores percipit,
Reſcindebantur juramenta, pollicitationes & condicta,
Ut & formulæ omnes quæ intervenerant. (*k*)
27. Novit illa Heimdalli vocem abditam
Sub ſerenitati aſſvetis ſanctis comis
Amnem illa videt undatim ruere limoſâ cataractâ
Continentem depoſitum (*l*) Valfödurs (Odini) intelligitis ad-
huc, nonne?
28. Sola ſedebat ſubdio cum priſcus advenit,
Yggiongur Aſarum & oculos aſpexit.
Quid me interrogatis? quare me tentatis?
Satis novi Odine ubi Oculum abdidiſti
In novo ſcilicet fonte Mimeri. (*m*)
Bibit mulſum Mimerus mane quolibet,
Continens depoſitum Valfödurs (Odini) intelligitis adhuc
nonne? (*n*)
29. Tradidit illi Herfodur (*o*) annulos & monilia,
Præcepta diteſcendi, ſapientiæ, & fatidicos lituos (*p*)
Patuit ipſi latè & quidem perlate mundus quilibet,
30. Vidit illa Valkyriur peregre advenientes
Adornatas ut eqveſtres ad Godthiod pergerent.
Skulld geſtavit Skutum, Skögul erat altera
Gunnur, Hilldur, Gondul & Geirskögul.

Nunc

(*i*) Virgo Odi, heic Freya vocatur, quam ſemper virginem facit Edda, nuptam quamvis Odo & Hnoſſæ Matrem, quidam verò malè confundunt Odum & Odinum, ſed non niſi in Eddicis hoſpites. Odini Regina Frygga erat, Odi conjux Freya, cum qua adulterium committere putabatur Odinus ob ſpecioſam ipſius formam, quâ Aſynias omnes & etiam Fryggam ipſam ſuperavit, ut Venus apud poëtas latinos. (*k*) De hoc verſu & tribus præcedentibus vide totam Eddæ fabulam 36. (*l*) Depoſitum Valfodurs vocat Oculum Odini, qui Mimero pro libero ad Mimisbrunn aditu depoſuit, & videtur ex hoc verſu colligi poſſe, oculum erutum, & in fontem conjectum fuiſſe, ex quo amnis qui heic deſcribitur decurrit. (*m*) Conceſſit Odinus alterum oculum Mimero, ut ex ipſius fonte qui Mimisbrunnur vocatur, in quo occultam ſapientiam reconditam fabulantur, bibere poſſet. (*n*) Eddæ Mythol. 15. (*o*) Pater exercituum ſc: Odinus. (*p*) Differebant baculi fatidici Normannorum à lituis Augurum quod hi incurvi, illi vero recti eſſent, quod notandum eſt.

Nunc enumeratæ ſunt famulæ Herjans (*q*)
Inſtructæ, ut per campos equitent Valkyriur (*r*).

31. Ego vidi Baldro Aſæ cruore perfuſo
Odini filio fata depoſita
Stetit campo quæ creverat altior
Tenuis & ſpecioſa ſpina.

32. Qua de ſpina, ut mihi quidem viſum eſt,
Evenerunt plagæ deplorandæ: Haudus quidem jaculari cæpit,
Baldri frater ante diem natus
Odini filius noctem natus cædem commiſit. (*s*)

33. Quamvis nunquam manus vel caput mundificaret,
Antequam in flammam ferret Baldri hoſtem:
Verum Frygga lugebat in Fenſolum
Cuſtos Valhallæ, intelligitis adhuc nonne?

Locenis ſupplicium.

34. Vinctum jacere vidit illa ſub Hunorum luco
Perfidem funus: Lokam quidem repreſentans (*t*).
Ibi Sigyna ſedet, nunquam ſuo
Viro ſatis dilecta, intelligitis adhuc, nonne?

35. Amnis ab ortu decurrens interluit venenoſas valles,
Ac ſecum rapit limum & ceſpites vivos, Slid ille vocatur:
Stetit aquilonem verſus in Nidafiöllum (*v*).
Curia aurea familiæ Sindrinæ
Verum alia ſtetit in Okolni (*x*)
Cerevifiaria Centauri, curia Brimer (*y*) nuncupata.

Inferni deſcriptio

36. Palatium illa ſtare novit à Sole remotum
In Naſtrøndum (*z*) boream verſus ſpectant fores.
Impluunt venenatæ guttæ per feneſtras.
Hæc eſt contexta curia ſpinis ſerpentinis.

(*q*) Odini, ab Her ɔ: exercitu. (*r*) Valkyriur vocabantur miniſtræ Odini & Freyæ quas mittebant ut viros fortes in pugna cœſos eligerent, & ad Valhallam invitarent, quarum nomina hic recenſentur. Valkyriur dictæ ſunt à Valur ɔ: acervus in bello cæſorum, & Kiör ɔ: electio: has mittebant ad quamlibet pugnam Odinus & Freya, ut omnes qui fortiter pugnando occubuiſſent ad Valhallam invitarent quæ aula erat Odini à Valfur itidem dicta. Cæteri omnes ad Helam dimittebantur flagitioſis hominibus exceptis, qui in Huergelmi dejecti Nidhoggo ɔ: Diabolo cedere credebantur, quapropter dicebant priſci Normanni maximam pluviam in bello occumbere, quod omnes illorum hiſtoriæ ſatis teſtantur. Haraldus Hildetönn ſenio confectus & pedum uſu deſtitutus, ſe aurigâ in prælium vehi curavit, indignum exiſtimans ſuâ virtute (erat n: Rex Daniæ) ſenio exſtingvi (quod mortis genus illis vocabatur Kerlingar daude, Vetularum mors) in quo bello ad extremum ſpiritum pugnans, optata morte periit. (*s*) Vide Eddæ fab; 43. (*t*) Lokæ effigiem. (*v*) montibus à luna decreſcente dictis, (*x*) frigoris expers. (*y*) Brimer conſtr. fervens. (*z*) funebri littore.

37. Illic vadere ipsa vidit amnes rapidos
Homines perjuros, sicarios,
Nec non illos qui alterius (*a*) vellicat aurem conjugis (*b*)
Ibi excarnificavit Nidhoggur (*c*) corpora exstincta.
Laceravit viros fera truculenta, intelligitis adhuc nonne?
38. Versus orientem sedebat prisca illa, vincta ferreis catenis (*d*),
Ubi enixa est Fenris filios
E quibus omnibus unus evasit prodigiosus,
Lunæ liguritor giganteas indutus exuvias.
39. Saturatur vitâ morientium hominum
Aspergens divinum exercitum (*e*) rubro sangvine
Nigrum evadit lumen solare seqventi æstate
Et venti omnes maligni (*f*), intelligitis adhuc nonne? (*g*)
40. Insidebat tumulo & lusit citharâ
Gygæ (*h*) opilio lætus EGDERUS

Ac-

(*a*) Pellicit. (*b*) Qvi alterius vellicat aurem conjugis, id est, qui alterius uxoris auri lasciva & à pudicitia abducentia verba insusurrat, & ponitur in hoc 37. versu triplex hominum flagitiosorum genus, quibus præ reliquis certo imminere crediderant Ethnici cruciatus infernales: videlicet, perjuri, sicarii & adulteri. Quod ad primum attinet, nefas ducebant veteres vota sive promissa retrectare, vitamq; satius amittere, qvam fidem violare. 2. Cædes in publico commissa graviter non puniebatur, sed liberabat interfectorem pecunia, hominum verò clam interficere, & factum occultare, flagitium erat maximum, qvod qui admiserunt Mordingiar vulgo dicti sunt, heic verò Mordvargar: quapropter, si quis magnus pugil qvenqvam in solitudine adortus trucidavit, coram duobus vel etiam pluribus cædem à se commissam confiteri (quod vocatur ad Lysa Wyge / cædem à se commissam palam protestari,) omnino tenebatur, secus faciens, Mordinge dictus est. 3. Qvam severi fuerint adulteriorum censores prisci Normanni, testis est legum codex vetustissimus Norvegico-Islandicus, qui Grâgâs vel Gràfygla indifferenter vocatur; qui ita habet: uxor quæ in solitudine offenditur, alteri quam marito sibi basium ferre permittens, rea esto adulterii. Qvocirca ego cum Biörnone Skardsaënsi hunc locum, og thann Annars glepur Eyra runu existimo de illo agere, qui sive dictis sive factis alterius uxorem à fide conjugali abducit vel abducere studet. Runa enim Eddica est appellatio conjugis. Qvamvis non ignorem qvosdam hoc vocabulo intellectas velle Runas vel literas runicas, ut ita sit transferendum. Nec non illum qui alterius aurem incantat runis id est qui alteri nocet carmine magico, quod literis runicis proprio interdum sangvine pro atramento usi exarare solebant. Sed rarò invenies graviter in magos à priscis animadversum, nec quod credo priusquam post habitatam Islandiam. (*c*) à Nyd obscænum & hogg verber; quasi obscæna infligens verbera. (*d*) In ferreis virgultis juxta Edd; fab: 10. (*e*) Sedes Deorum. (*f*) instabiles. (*g*) Edd: fab: 10. (*h*) Gygur Trollkona & Trollkessa erant appellationes Gigantũ generis fœminini: Gygur erat exqna Loko tres prodigiosos liberos genuit, Edd: fab: 27, & in Grimnismalũ Eddæ Sæmundi dicit Odinus ad Fryggã: Sier thu huar Ragnar fostri thiñ Elur Børn vid Gyg i Helle enum? ɔ: Vides ubi Ragnar, alumnus tuus liberos procreat cũ Gygni antro quodam. Dicimus etiã proverbialiter, cũ quis

Accinuit huic in Gaglvide
Purpureo colore gallus Fialar nomine. (*)
41. Cantavit de Aſis Auricriſtatus (*i*)
Qvi Heroës excitat apud Herfødur (Odinum)
Verum alter cantat infra terram
Pullo colore gallus (*k*) in palatiis Helæ. (*l*)
42. Latrat horrendum Garmus (*m*) ante Gnipenſe antrum
Rumpentur catenæ, ruet autem Freco (*n*)
Multa ſcit ſapiens illa, longius ego prævideo
De acerbo interitu Aſarum divinitatis. (*o*)

Vaticinium de ſeculis noviſſimis.

43. Fratres pugnabunt & mutuo cadent,
Conſobrini cognationem conſpurcabunt,
Durum eſt in mundo, adulteria magna
Barbata ætas, enſea ætas, ſcuta finduntur
Ventoſa ætas, ferina ætas, anteqvam mundus corruat
Nec erit ullus qui alteri parcet. (*p*)
44. Ludunt filii Mimeri, ſed comburuntur cremia
Prope ſonorum Giallarhorn. (*q*)
Altum inflat Heimdallus cornu ſublevatum (*r*),
Alloquitur Odinus caput Mimeri,
Perſonat vetuſta illa arbor; ſolvitur a: Centaurus.
Horret Yggdraſilli fraxinus erecta,
45. Latrat Garmus ante Gnipenſe antrum,
Rumpentur catenæ, ruet autem Freco,

inanem operam ſumit, thad er giørt fyrer Gyg/ hoc in Gygæ gtatiam factum eſt. Præterea vocamus Gyg foveam quæ fit cum in foco eruitur ignis rutabulo, ut citius accendatur. Gaglvidur Virgultorũ eſt ſpecies, quã verò cur ita vocarint nunc non conſtat. (*) Fialar ab aſſeribus nomen habet. Nec eſt adeo facilis intellectu hic verſus cum proxime ſeqventi: puto tamen utroq; indicare diſcrimen inter ignem terreſtrem & Infernalem. Terreſtris Gallus eſt purpureo colore Fialar nomine, qui aſſeres & ligna conſumit. Infernalis autem cantat infra terram pullo colore in palatiis Helæ. Et retinent etiamnum hanc loqvutionem Dani, qui Metaphoricè vocant ignem den røde Hane. (*i* ſit venia verbo novo. (*k*) Monheroës in Valhalla mutuis cædidus ſternuntur quotidiè, ſed ſimul ac ignis beneficio præparatæ ſunt dapes in prandio conſummendæ, exſurgent omnes & in Valhallam equitant: hac ratione dicuntur à gallo illo purpureo, ſive igne terreſtri Heroës apud Odinum excitari. (*l*) Eddæ fabul: 35. (*m*) De Garmo vide Edd: fab: 48. (*n*) De Frecone vide fab: 34. (*o*) Ennaratur Ragnarøckur abhinc & ad finem usq;, de quo Edda agit Myth: 48. 49. (*p*) Valde ſimile loco Ovidiano:

Non hoſpes ab hoſpite tutus.

Enumeratur heic ſeculum quadruplex. (*q*) Cornu à ſonitu dictum. (*r*) Cum judicium univerſale exercendum eſſet,

Hrymur aurigat ab ortu, intumescit aqva.
Convolvitur Jormungandus (*s*) cum cyclopico animo.
46. Carina allabitur ex oriente, adventabant Muspellsonii
Per mare populi, Lokus autem clavum tenet,
Adducunt Fiflonis filii Freconem omnes
Qvibus comes est frater Bifleifi.

Ab hinc & ad finem usq; Asarum interitum & mundi finem enarrat.

47. Qvid rei apud Asas? qvid rei apud faunos,
Fragore personat omnis Centaurorum mundus,
Asæ forum celebrant,
Ingemiscunt Nani ante scopulorum fores. (nonne?
Asyli Saxei (Vebergs Viiser) (*t*) non ignari, intelligitis adhuc
48. Surtur prodit ex meridie cum Svigalefi (*v*),
Radiat instar solis ensis Valtivi (*x*).
Alliduntur saxa, indignantur Deastri
Calcant homines Helæ viam, cælum autem diffinditur.

49. Tunc

(*s*) Angvis Midgardianus. (*t*) Veberg expono asylum saxeum: Ita enim vocabantan- tiqvi locos religiosos vel sacros, in quibus nefas erat homini manus inferre, quod Landnáma (codex vetustissimus, recensens primos habitatores & eponymos Islandiæ) confirmat, inqviens: Hann vo vig i Veum og for thun til Jßlands ɔ: is cædem in loco sacro commisit, & eapropter in Islandiam se contulit. Sepimenta etiam fori, in Islandia anniversarii, quæ locum, judiciis ferendis & causis agendis consecratum, in gyrum exstructa circumcingebantur, Webond dicta sunt. Constabant autem ligno in hunc modum exstructa; erigebantur longurii, vel perticæ, quarum fine inferiore in terra fixo, loris superne ac ligaminibus invicem vinciebantur: intra hoc septum considebant judices controversias dirimentes: Hodiè vero ligneum non est, sed eadem forma, gyri sc:, exstructus est agger ejusdem usus & nominis. Hinc statuo composita esse Norvegica (ex hoc sc: We) & olim usitata nomina qvæ passim in historiis occurrunt, Videlicet Westeirn/ Webiorn/ Wegeyr/ Item fœmina Wedys/ Wegerdur/ Welaug & multa alia. (*v*) Sviga Lefi exposuerat Dominus Magnus Olai magnificum comitatum, sed quibus inductus rationibus planè ignoro; latet enim me penitus hujus verbi significatio, quod nusquam nisi in hoc vaticinio legi vel audivi, latet etiam Jonam Gudmundi, & adhuc plures in antiquitatibus versatos, quos consulueram; compositum tamen mihi videtur à Sviga/ quod significat brachium arboris, longum & crassiusculum omnibusq; ramis exutum, sive decorticatum sit, sive non, crassitudine & ruditate ab hasta differens: utuntur hoc rustici in Islandia, ad pellenda à rusculis & pratis suis armenta; Surto hujus formæ sceptrum ego puto heic attribui: ut tridentem Neptuno apud Latinos. Quid autem Lefi posterior verbi hujus compositi pars denotet, non possum excogitare. Givur Rata/ Deastri indignantur & spiritum cum qvadam consternatione impetuosè emittentes, crepitum naribus edunt: hoc enim significat ad rata & fnasa/ quod occurrit in Eddæ *Sæmundi*: Reid var thâ Freya og fnasade/ Allur Asa Salur under bifftest ɔ: Tunc ira excanduit Freya, & sonitum naribus edidit, ita ut omnis Asarum commoveretur curia. Apparet itaq; suum cuiq; esse judicium, cum sit Domino Magno Olai Givur rata ruina jugorum, ut habet ipsius carmen in Edd; fab: 4. (*x*) Sy-

49. Tunc prodit Hlinarus dolor alter
Cum Odinus pugnam cum lupo aggreditur.
Verum Belicida (*y*) candidus Surto se opponit.
Tum Fryggæ occumbet maritus. (z)
50. Tunc prodit magnus ille filius Odini Sigfodurs
Vidarus, dimicaturus cum funebri animali (*a*),
Qui manu extensa in medium rictum
Ense cor attingit, hoc modo necem patris vindicans. (*b*)
51. Tunc prodit venustus filius Hlodyniæ (*c*)
Instituit Odini filius cum lupo (*d*) duellum
Interficitq; animosè angvem Midgardianum.
Mortales omnes nos alio mutabimus.
Graditur passus novem proles Fiorgunæ
Debilitatus ab angve tetro & esuriente.
52. Nigrescit sol, immergitur mari terra,
Subducuntur è cælo serenæ stellæ.
Desævit ignis in vetustam machinam,
Pertingit altus color ad ipsum cælum.
Terra nova. 53. Latrat Garmus ante Gnipense antrum
Rumpentur catenæ, ruet autem Freko,
Videt illa emergere denuò
Terram ex mari undiqvaq; virentem
Defluunt cataractæ, supervolat aquila
Qvæ in monte pisces venatur.
54. Conveniunt Asæ in Ida-Campo
Et de mundanis calamitatibus (*e*) magnis colloqvuntur
Ut & de Fimbultyri (*f*) vetustis runis.

55. His

(*y*) Bane Belia Belicida Freyr vocatur, quia interfecerat antea cornu Cervino Belum gigantem. (*z*) ɔ: Odinus. (*a*) Fenrisulfo scilicet. (*b*) Occidendo scilicet Fenrisulfum suum parricidam. (*c*) Asa-Thorus. (*d*) Cum angve Midgardiano. (*e*) periculis. (*f*) Fimbultyr scriba & propheta fuit Asarum, & unus ex inventoribus runarum, teste Edda Sæmundi Cap. Runico, ubi tamen non Fimbultyr, sed Fimbulthulur appellatur. Est itaq; ipsius proprium nomen Fimbul, reliqua ambo agnomina, Tyr Asam significat, Thulur vetulum; versum capitis runici, in quo ipsius fit mentio & proximè sequentem non pigebit attexere, propter antiquitatem runarum, qui ita habent.

Runar muntu funna og radna Staffe	Runas næ scis & resolutos Characteres
Miog stóra Staffe / miog stinna Staffe	Prægrãdes characteres, prævalidos chara-
Thær sem giørdu Ginreigen	Qvas (sc: Runas) formarunt Deastri (cteres
Og fåde Fimbulthulur.	Et Fimbul senex illuminavit.
Og reist Hroptur Røgna	Ac incidit Odinus
Odenn med Asum / enn fyror Alfum Dualenn	Inter Asas, inter faunos Dvalinus,
Dåen og Dvergum fyrer	Et Dainus inter Nanos,
Asvidur Jotnum fyrer	Asvidur inter Centauros,
Eg reist siålfur sumar.	At ego ipse quasdam incidi.

55. His peractis, admirabiles
Deaurati in gramine reperientur calculi (g),
Qvos in primordio possederant.
56. Erunt sine satione agri
Adversa secundabuntur omnia, adveniet Baldrus,
Habitabunt Haudus & Baldrus, Hropti (h) Sigtopter (i)
Asæ sine incommodis, intelligitis adhuc nonne?
57. Tunc validus Hænerus sortitur facultatem Vidarum eligendi
Et necessarii fratrum amborum habitandi
Vindheim (k) vastum. Scio adhuc nonne?

Locus & domicilium beatorum.

58. Curia stat clarior sole
Auro tecta in Gimle
Illam probi populi colent
Per secla fruentes summo bono.
59. Ecce venit obscurus Draco subvolans
Viperinus à Nidafiöllum,
Fert in pennis, campum supervolans,
Nidhøggur funera. Nunc illi terra dehiscet (l).

(g) Orbiculi aleatorii, non crepidæ, ut expositum est in Edd. fab. 49. Tapia crepida est: Tafla vel tabla orbiculus aleatorius. (h) Odini. (i) Valhallam. (k) ventosum mundum. (l) Volæ scilicet.

Gud-

Gudmundi Andreæ Islandi

Notæ seu levis Paragraphus in explicationem super Versus Sibyllinos seu Philosophiam (Wolu Spá) Norvego-Danicam.

PRæstantis & ingeniosi cujusdam Studiosi Islandi contemplor de istis interpretationem, neq; eum infelicem adhibuisse operam cognosco, sed disertè ac perite plura enucleasse obscura, nempe qui trium quoq; virorũ in monumentis antiquis præclarorum vestigia premit, nempe Dni: Olai Magni, Biörnonis Jonæ, nec non censuram de his M: Brynoldi assecutus fuerat, ipse verò criticum per se agit non ociosum, maxime concinna è quolibet eorum observans, ac retinens. Verum enim verò si credendum est plus videre oculos quam oculum, nonnihil ad evidentem hujus vaticinii enodationem desiderari putarem adhuc non incommodè monendum; cumq; aliquid de antiqvitatibus Islandici idiomatis ego quoq; legisse fuerim æstimatus, præfata venia humanissima & salva manente præcedentium auctoritate aliquantulum meæ opinionis addam: Tunc primum submittens istud probabili critico, cum utrinq; totum hoc negocium per ocium trutinaverit, cuique interim suum constat arbitrium sequi aut sectari. Nam ego dicta nihil moror, à verò cum forte recedunt.

1. DE NOMINE VØLÆ ET EJUS ETYMO.

VØla seu rectius propter Euphoniam Vølva in Nominativo nihilo seqvius nobis significat & usurpatur, quam Græcis ac latinis Sibylla: Qvemadmodum etiam Wølundur artifex, veluti Dædalus, unde labyrintum Wølundarhus antiqui appellarunt. Sed unde dicitur Wøla? Unde Sibylla? Autores qvamvis de priori voce seu de particula in voce Sibylla varient, ac diversimode explicent, de posteriori tamen pleriq; consentiunt, quod desumta sit à βȣλὴ consilium. Sit ergo Vulæ Etymon hujus nominis apud Græcos, fere cum nostro concidit οι Vule & Vøla fermè idem sonat, nam Islandis litera Ø est dimidium u, unde per ou non raro olim exarata est. Concurrit etiam in significato, tales enim vates vocare solemus Radsvinn/ & Radhillde/ nam nobis consilium seu βȣλὴ sonat Raad.

2. DE GENERE ET ORTU VOLÆ.

M: Henric: Decimator in sylva prop: nom: nonnulla de variis Sibyllis tradit, quod etiam D: Peucerus in Theomanthia sua tractat (si lecta citare dudum sine libro fas est); uterq; credo commemorat qvandam talem in Asia fuisse & Erythræam vocatam, eamq; de bello Trojano fatidicam fuisse, sed additur quod non procul à tempore Alexandri Magni floruerit ac viguerit: Sed hic scrupulus restat, cum fuerit Bello Trojano seculis multo posterior: qvomodo de dudum præteritis Vaticiniata; id Archas faceret crasissimus. Verum facilis est conciliatio hujus, ab opinione esse verum. Hoc enim carmine de Numinibus Asiaticorum Ethnicorum & Trojæ rebus gestis decantasse creditur à rudioribus & ignaris ænigmatum, idq; in Edda Snorronis passim nugamentis inseritur, sed nihil minus si res ipsa penitius introspiciatur. Verum Har & Asæ ea sibi ad augendam de se superstitionem accommodarunt violenter & fraudulenter. Hæc enim monumenta ex Asia una cum idiomate transportasse leguntur, forte quia hæc Sibylla paulo ante eorum transmigrationem floruit, veluti colligitur ex historiis si sub Alexandro Sibylla fuit, non centum post annos huc venerant Asæ. Qvod autem magici illi incantatores Volam de se cantasse sunt mentiti, nemo non videt qvam vanum sit, cum ipsi eam, tanqvam longe se antiqviorem, citent, & utiq; spiritus ille Philosophans altiora sapuisse depræhendetur.

3. DE IPSO CARMINE IN GENERE.

Binas fuisse constat Wølu spaar/seu Gnomas Volæ/Wølu Spaa hen Meire/og Wølu Spå hin skemre/majorem scilicet & minorem: posteriorem hic nempe minutam tantum habemus, è priori porro multa reperiuntur citata, ut infra videbimus. Neq; hic monere piget: quod Islandica lingva Spaa/non semper vaticinium de futuris; sed prophetiam ceu in Bibliis, libro Regum, & apud Paulum Apostolum, nempe magnalium Dei professionem vel profundam sapientiam significat: unde non tam vates, qvam sapiens appellatur Spakur; sed utraq; significatio hic recipi potest in Volu-Spaa.

4. DE

4. DE VERSUUM INTERPRETATIONE
& ejus animadversione qualicunq;

IN prima Stropha occurrit è Majori Voluspa aliter citatum quam Meire og Minne Mogu Heimdallar: Magna og Möda Mögu Heimdalar habetur in ista quasi fortem & animosum interpellet: eosq; tanquam prognatos mundum susurri Mythologicè appellat, nam Dxla est indoles vel industrius cantus inde Heimdalur. Hos autem cum cæteris omnibus rogat ad gessa hliód quæ audientiam concedere & auscultare, non solum silere: Willdo eg Walfodurs vel vintelia. Walfodur hic exponit Odinn à Wal cadavera & pater, sed hæc appellatio istius Asæ videtur nova, ab ejus præliis desumta: existimarem vatem hanc voluisse significare Deum optimum maximum quasi Walnifodur/ id est pater ingenitus, carens ortu aut parente. Wel accipit metaphrastes pro benè & accuratè, atq; ita mutilus est sensus, ut desit substantivum quod genitivum Walfodurs regat. Ego hac opinione fueram inductus, cum in antiquissimo codice viderem æ in Wæl citari nota Diphtongi, vocem hanc esse nomen substant: non Adverb: & ita significat vel seu Wæl artes sen artificium, quod nunc interdum in malam partem accipitur, & Weel circumventiones fraudum habentur: vicissim verò in dexteriori significato usurpatur: veluti in parœmia, thar haffa viner vm vælt. Ibi amici artem adhibuerunt, Val & Vaul etiam consilia. In ultima Stropha sensus per se est absolutus; Sic itaq; verterem.

Auscultare quæso universas intelligentias
Fortem & animosum qvoq; filios mundanæ excellentiæ.
Nam enarrabo ingeniti patris artes seu consilia,
Et vetusta monumenta majorum, quæ prima novi. (*)

2. Eg nam Jotna Ar vmm borna: Jotna interpres habet centauros: monstra nimirum illa vel fictitia, quæ multis seculis à creatione orti sunt, semiequi & semiviri, ubi equites in fabulis intelliguntur. Sed unde dicatur Jotun variam vide dissertationem; idem ac centaurum vero esse, ipse textus & interpres habet oppositum in opposito nempe Ar vmm borna hos natos fuisse in ipsa seculi æra seu manè, Centauri vero & equites multo serius. Non possum non asserere nomen Jotun ab Hebræo vocabulo esse ductum, quod in lexicis occurit תָּם integer: & יָתַר Jather excellens, uber fuit, abundans, item Joter excellentia & Jothron ubertas, integritas.

(*) Quasi antiquissima primæva acta majorum & superorum.

Tales etiam commenta antiqua eos depingunt, veluti viros abunde excellentes & prægrandes. Verum Poëta Biörno accipit ita, quod Ethnici judæos primævos hoc nomine insigniverint, neq; hic dictum Sibyllæ ei repugnat, cum ait hos se de antiquitatibus erudivisse. Nam apud hanc gentem Iudaicam antiquissima monumenta reperire dabatur: Quicquid sit Centauros remove, nempe barbarissimos Schytas: suam opinionem multis acquisitis confirmat Biorno literatissimus in Norvegica lingva (sed omitto, ista). Nio nam eg heima/ Nio Jvidi. Jvidi recte exponit sibi ideas, sed Platonicas, qvas quid sint assequi non est facile, sed mihi vocabulum sonat nihil aliud quam bases seu fulcra, ut sensus sit, novem novi orbes, novem polos (eorum). Miøtvid marann fyrer Molld nedann: Cremia novella. 1. male mutatur hic numerus & ponitur pluralis pro singulari, (2) Deinde cremium nescio quid aliud vult, quam à cremo nempe surculos seu lignacula quibus facillime alitur focus & succenditur ignis, quis ergo sensus in his, verba dat, sed sensum obscurat: Møjoran Novella adjectivum hoc ita significare, ad calendas græcas in Oratione Norvegica ostendet, sed Diphthorgus hæc *ει* sæpè ponitur pro *ει*, ut legendum sit Metran ɔ: majorem: intelligendum vero majorem. Molld non est pulvis (duft) sed humus, unde humatus Milldur/Mill dur var han i grundu: item ad bua Mann til Molldar/ parare aliqvem humandum non pulverisandum. Sed qui aliquid ex interpretatione ipsius in hæc verba intelligat rationis, utinam mihi daretur. Miøtvid accipio gremium seu intermedium fulcrum gremium Metran majus subter humum scilicet centrum mundi illud magnum, ut sensus sit.

Novem novi orbes, novem polos
Et centrum magnum subter humum.

3. Ar var allda tha Ymer bygde. ɔ: Manè seculorum ait, cum Ymerus habitavit. In Edda ipsa citatur è Wøluspå majori in hunc modum: Ar var allda thå er ecke var. Ar hic accipio non pro Aar annus vel aarla mane, sic enim per geminum a vel per å crassum esset scribendum: quod nunquam in antiquo codice sic occurrit hoc loco: sed simpliciter Ar q: Aera seculi, dixerim latinos ab eadem origne suam vocem derivasse ac nostros, nonne probabile ab Hebr. ara vel orali: Iter, via, consvetudo: sed undecunq; est, Ar sapit principiũ, ut etiam græcis ἀρχὴ & in Islandica lingva Aurgamall in Edda vocatur. Aurgemle homo ille antiquissimus q: πρωτόπλαστος: Item Ørstad. Arenhaukur decrepitus: Are/ Aur/ aquila à longa vitate dicta, unde Ern/ pro viro forti, senectute, & Arenstijd/ quod nunc Artlettid

vic-

viciatum ſonat: Sed Aar/Alda/annus vel matutinum tempus vix poteſt citari cum nihil erat: Thå ecke var. Yme per j longum ſeu duplum non per ὑψιλον. Ymer ſignificat varius, diverſus. Quid voluerint per hunc Ymer in Apologo ſecundo Eddæ occurrit ubi e alia Philoſophia tractatur de origine mundi, eum nempe ortum è quatuor Elementorum coitu, ſed maxime ex adjunctione frigidi & calidi & eſſe patrem Hrymthuſſa / ɔ: primævorum gigantum. Adam v: intelligunt non ut μικροκοσμον ſed tanquam μεγακοσμον ipſum mundum indigitant, nam ex eo fabricata eſt machina mundi. Primi enim parentes Askur & Embla / dicuntur prognati ſub ejus læva, æqvatoris ſc:, & ex ſe progenuiſſe natos, de quo alibi plura. Cæteroqvin in hac Stropha non aliud notatu dignum invenio quod valde refellem, præter Ginnungagap / ille hiatum ingentem, ego cum Bibliis intelligo ſolum abyſſum; in hebræis etiam reperitur Gæbæ & Gab ɔ: fovea, foſſa, eminentia lacuna; & chaos quod hic deſcribitur in his verſibus deſcribitur ſeu prima maſſa & congeries informata non obſcure deliniatur.

4. Sól varp Sunnan Salar Steina: Suala Steina/reperietur in codice antiqvo, lapides non palatii; ſed frigidos, ſc: calor ſolis jam creatus operans in frigidum terræ produxit frutices. Granan Lauk exponit porrum, quod eſt rara ſpecies herbæ. Hvytur Laukur: Sed ego vocabulum Lauk accipio pro quovis frutice, ut ſenſus ſit: Terra protulit ſingulos vireſcentes frutices ſive fructus per Synechd: ſpec: pro genere. Fere hic præterii, quod tamen præcedit in eadem Strophe, Adur enn Burſyner biodum ypdu their ed Midgard Mojrann Skópu. Quid ſibi velint Burſyner infra occurrit: Verum Biódum quod hic exponitur per tabulas, nempe incertum per incertius, notandum in codice antiquo ſcribi Baudmum; Badmur v: ſignificat pratum vel campū ſeu hortum. Zonas hic intelligo cæli ſeu climata: defuit enim ei vocabulum magis appoſitum. Zonas levarunt creando firmamentum. Sed idem vocabulum expreſſe occurrit infra: pergamus. Midgardur non eſt proprium nomen, ſed meditullium. Circa 5 Strophen non occupor amplius, nil miror.

6. Succedit, thå geingu Reigen oll å Rokſtóla Ginnheilog God. Reigen vocat numina à Regno, quod vocabulum cum latinis concurrit; item Rogn in ſing: Num: regnans Numen. Sed Ginnheilog unde æſtimat interpres Gin derivari à verbo eg gynne/ quod eſt neotericum, derivativum & ſcribitur per y eg gynne / ita enim eſt in Niálu. Addere præterea videtur Sæmundi fuiſſe hanc verſionem

in Wøluspå: non Volæ idioma, at ego contrarium assero, nam hæc lingva inter Asas non minus in usu quam apud Sæmundum legitur fuisse. Sæmundus tantum qui literas latinas induxit in Islandiam è literis Runicis, hæc poëmata in literaturam vulgarem (quæ in primis maxime latinam sapuit) transtulit literatenus, non composuit ut ipsa monumenta testantur. Corruit ergo assertio ista Sæmundum monuisse fucum per vocis Etymon, non n: sunt ejus verba; Nec video qvid vetet Sibyllam istam, rerum numen in plurali, velut Elohym, prolatum intellexisse, antiqvum necesse est aliquid sapiat ista vox Gin Gan / alias etiam in Havamalum vocantur Ginreigin / quid si ab Hebræis petatur origo; ibi enim offenditur גנן protexit & Niph. hagen, idem: item גן protectum, res protecta; & magin, clypeus, scutum protectorium, quasi protectoria numina. Voce verò ista Ginheilog videtur posterius prius construere, ut quid sit Ginreginn (quod alias magis in usu fuit antiquis) explicite exponatur. Nam Heilagur à Heidlagur antiquitus nil aliud fuit quam immunis & exlex: ut mulctandus summè esset, qui eum violaret, tanto enim protectionis privilegio pollebat. Heid est audur / thar var lagt fe til saka og Laga. Viude per antiph. Bjørn og Melracke eru oheilager å huors Mans Jordu. In codice legū Isl: x. ɔ: Ursus & vulpes in quolibet territorio impune capiuntut. Sed de his alibi plura in specimine n; D.O.W. Røkstóla cōmode reddit tribunalia, sed unde dicitur Røk? sonat nobis magnificum, unde Røksemd magnanima liberalitas. Støll sedes seu sella patet. Nott og Nidum noctem & vesperam hic nominat, velut mane & meridiem conseqventer, nil hic de luna Nid Tungls: verè est vespera lunæ seu decrescentia, sed cum appositione lunæ, hic diei status tantum notatur. Aundvørn og aptan Arum ad telia / exponit inclinationem & vesperam. At Aundverme accipio pro initio, atq; ita sensus est commodior. Nemo nostrum ignorat quid sit Aundverndt / (Concubina) Aundvered Nott / nox incpiens, contra Ofanverd Nótt Canticinium, inclinans sc:, sensus ergo est, initium & clausulam annorum numerare.

7. Huttust Æser å Idavelle: in Ida campo, cur non campo Idæ, seu in campo apud montem Idam: Siquidem mons iste celebris in Phrygia Asiæ prope Trojam extitit; Sed hic primum mentionem facit Asa / quasi natos in Asia Trojanorum sc: κατ' ἐξοχήν. Induxit v: eos tanquam homines non ut Deos, & humana illis exercitia ac profectus attribuit, ut annexa testantur.

6. Stro.

9 Stropha mentio fit Dverga / quod nunc pygmæos nunc Nanos exponit, ut in fabulis hoc genus hominum comminiſcuntur fuiſſe. Sed ego vatem hic accipio, non intellexiſſe animalia ſed animos ſeu virtutes tum τοῦ μεγαλοκόσμου καὶ τοῦ μικροκόσμου: innuit hoc in primis vox ipſa, neſcio enim unde rectius Etymon petatur, quam ab θεοῦ & ἔργον quaſi Dei operarii & effectus divini in rerum natura. 2. Atteſtatur id eorum materiale, productos fuiſſe ex Blóde Brimes / cruore ignis ɔ: ex vi ignea & blaum Leggium / ɔ: robore aëreo, nempe inviſibilia ex inviſibilibus, Ideæ ex Ideis. Brimi Blogdu extat in Edda (b). Hvor ſkylde Dverga Drott vm ſkepia: Drott natio eſt hic, non Drotten Dominus. 3. Ex nominibus eorum luculenter elicitur nil magis qvam qvalitates & actus ſignificare divinos. Appellatur ſeu nuncupatur Miotſogner: & is omnium præſtantiſſimus, quid nomen ſignificet interpres tacet. Miotſogner mihi ſonat medium petens ſive qværens, medio ſedet inclyta virtus, virtus conſiſtit in medio, eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines. Duren annar / ſecundus Durin quaſi productum: ſeu actus ultra elicitum agens, ab Dur oſtium foris, quaſi foras prodiens, quod ante fuit in potentia, nunc ſit in actu. Hi ſimulacra multa hominum pararunt, id eſt, virtutes reparant hominum icones ſeu habitus per artem ingenuam, in mente, voluntate & ratione erudiendo, qui antea homines ſunt terreni ſc: craſſi & rudes. Nor og Nide (c) juventutem & ſenectutē in natura rerū intelligo, ſed erudite citat interpres Lunæ manſiones; non ſolum vero illius ſed cunctarum mutationē accipio. Seqventes 4 mundi cardines notant: Nordre ſeptentrio, Sudre Auſter, Auſtre oriens Evrus, Veſtre occidens, qui in Edda ponuntur ætheris fulcra, id eſt cardines ceu cardinales poſitiones. In ſeqventium conſtructione ubi ſudat metaphraſtes, nequeo non ridere. Althioſfur exponitur univerſalis fur. Quæ eſt ratio? id vocabulum alias magnifici viri proprium nomen ſæpè fuit, puta non ab infami, vel famoſo furto; ſed aliunde Althiovar qv: Althiodar publicus vir in officio. Dvalen opacus aff Dul quaſi privatus. Diſſentaneæ n: ſemper ſunt hæ appellationes invicem, veluti & Viſſur & Vavor: Viſſur ſig: appetitum ſeu affectationem, unde phraſis: Honum er ecke Viſſur å thuy / pro non ea affectat vel appetit. Contra Vavor & propter Evphoniam Vågur renuens, obſtans, reſiſtens, colludit fere cum græco βία robur, βίαιος violentus.

vir-

(b) Grim aqva. Blód / ignis, Blåinn / aër, Legger / Terra, Elementa. (c) Novus & ſenex.

virtutes in Venere & Marte non incommode æstimavero. Baum-bur/ frondifer, Baum in Edda fruticis genus. Nore / ima petens, imus in Edda in Svartalffaheime / & is pater noctis, quasi Saturnus qui in abyssum dicitur detrusus portus. An og Annar designari videtur quantitas numeri, quasi unus alter. Ae/illud aspira, & producitur tibi Haae / excelsus sublimis. Contra Miotvitner (nihil ad mulsum mi vir Islande; nam Miot medium significare supra demonstratum) qui medium locum occupat, hann veit til Midin phrasis ut thad Land sem veit til Sudurs / in Edda ɔ: Regio vergens in austrum. Fabul. 3. thad sem visse til Sudurs ad Mußpells heime. Veigur/ veig non vinum sed pecuniam nummum in Edda significat, unde dicimus Veigalaust quod nullius est pretii. Veigur dives, plutus: Gandalffur Magus, Magicus. Wint halffur aër cessans, contra thrainn assiduus ventus, theckur placidus, thorenn audaculus, vitur sapiens, litur fucus, veluti veram sapientiam à fucata discernunt. Nar funebris & Nyradur/nuper orbus vigens. Reigen & Rádsvidur ponit ille appellativa, sed pari passu ambulant: Nomina sunt Dvergorum. Reigen/Regnans, Radsvidur Senator, Fili φίλ☉, amicus: contra Kili infestus, inimicus, unde ad Kilia/ odio lædere, offendere aliqvem. Fraar alacer, celer: contra hornbore tardigradus, nam cornu terebra penetrare non cito absolvitur. Frøgur celebris: contra Lone servilis, servi nomen est, nihil ei cum stagno, ut putavit juvenis. Aurvangur Jare (prætero ejus puerilia). Vangur est terra. (*d*) Aur aratio, arans terram, i Aare in agricultura appellativum est & præpositio cum suo casu. Contra Eikinskiallde/ nauta, navium machinator seu arborum qvercuum excultor seu productor. Jam Dvergi sunt enumerati, qui alias dicuntur in Voluspaa majori Ljósálffar quasi luciferi, & dicuntur saxa inhabitare eminentia, angelicas seu æthereas virtutes præ se ferentes, nam pro saxis hic intelligitur solida vis & efficacia potentiarum in aëre super tellurem qvasi crepedines. Ita verò pergit. Mál er Dverga vr Dvalens Lide / Lyda (Liona) kindum til Loffars telia / their ed sókru frá Salar Steine / Ørvangasiøt til Jórvalla. Sequitur ergo alia Dvergorum caterva, qui vocantur Svartal[illegible]r / & tellurem incolunt, in ejus carne velut pediculi succrescentes, ut alias dictum in Edda, atq; hic est sensus. Tempus est Dverga (virtutes) ex opaca Dvalini caterva venientes enumerare: Lionar pro-

priè

(*d*) Jare putavit esse nomen Nani,

priè Principum legati ſeu caduceatores in Edda Snorr: hic per ſynech: pro primariis quibuslibet. Loffar / non hic honorem ſed ſegetem vel Cererem ſignificat; à Leiff panis & Ar aratio, cultura. Vide in Edda thesser komu fra Svarrißhange til Auvanga at Jörvollum og er thad komed Loffár. Singula v: nomina hæc quæ propria videntur interpreti appellativè ſunt conſtruenda, aliàs nullus redditur ſenſus. Svalar Steine / ɔ: à frigido lapide videlicet frigido terreno; vel ut in Edda frå Svarſſes hauge / ex ceſpitis ſeu glebæ tumulo, id eſt radicali arvorum. Orvangaſiøt (ſiøt ponit agmen, quod eſt ſedes) ɔ: in agriculturæ operam. Ad Jøruvøllum/ad campos cultos, ſulcatos. Senſus ergo genuinus hujus Strophes eſto: Mål er Dverga vr Dvalens Lide ɔ: Tempeſtivum eſt virtutes à vi opaca Liøna Kindũ til Loffars telia ɔ: in primorum ſegetem influentes enumerare; their ed ſôktu frå Sualar Steine ɔ: qui requiſiverunt de frigido terræ. Aurvangaſiøt til Jörvalla ɔ: agriculturam ad faciem camporum. Hi vero ſunt qui ſeqvuntur in Edda. Draupner quaſi corruptor, à præterito Draupti vid/id eſt emarcuit; corruptio quæ alterius eſt generatio hic accipiatur in viſceribus terræ, ſeu ſeminatio recepta jam alterans. Dolgthraſer/Dölgthuar habet Edda, ſævum quid & infeſtans aliud hic indigitatur, accipio pro hyeme ſæviente dum ſemina videntur gelu & frigore conſtringi, & hoc neceſſariò requiritur: nam per hyemem frigidiſſimam accipit humidum radicale ſuum maximum incrementum, & radices in medio congelatæ telluris ſuccreſcunt mirè, atq; ſaginantur; forſan per ἀντιπερίστασιν frigoris calor nativus in iis fomentum accipit: itaq; radicale nunqvam patitur gelu, nam eſt pingve & aëreum ſeu igneum. Probatiſſimum eſt radices, autumno emarcidas, ſub finem hyemis in medio glaciei mature pingves ac plenas reperiri, veluti gravidæ poſt grande incrementum. Eſt ergo hyems quaſi matrix ſemetis: unde noſtri prudentiores coloni dicunt æſtatem conſummere quod hyems comparat. 3. Haar / Haur in priſco manuſcripto quaſi pullulans primum. 4. Non Haugſpore / ſed communiter legitur Haugſtare in Edda, qvaſi animnm attollens, ɔ: animam plenè vegetativam. 5. Glævangur / Vireſcens. Wangur antea monui eſſe ſynonymum telluris, non gena vange in Nom: terra v: dicitur videre, cum viret. 6. Glooe / (non chirotheca quod eſt neotericum vocabulum aſcititium) ſed floreſcens: Tellus dicitur glôa qvum eſt pleno flore. 7. Skyrver / licet ſit obſcurum, maturitatem indigitare videtur: defuerunt aptio-

tiora vocabula. Skyr vocatur qui in lucem prodit. Wirver / vigor, ætas ista transiens, dum nec ultra crescit, nec adhuc defluit. Skafidur defluentiam notat. Aj vel rectius æje / cessans, occidens, interitus nota: adduntur v: Aissur & Jngvi/Senectus & Juventus fruticum id est ætates, nam quædam eorum species sunt longævæ, quædam brevem habent ætatem, veluti primula veris. Eikinskialde; Qvercus ætas seorsim non uno anno metitur sed 50 requirit Annos vel ultra. Fialar: fiøl vocamus planiciem, ut est in tabulis ligneis; sed hic Fialar videtur notare humi sternentem, & solo æqvantem frutices denuo, & Frøste reversionem hyemis & frigorum: & hi Dvergi Fialar & Froste dicuntur occidisse poëtam Quaserum in Edda, nempe extrema senectus humi sternens & frigora senii ultimum occupantia. Finnur og Ginnar nil aliud quam receptum in terram seu seminationem sui volunt. Pone quod Finnur sit repertor, sc: reperit terram iterum flos: Sed Ginnar non vult sibi deceptorem, ut exponit vir juvenis; potius à Gin/hiatus, rictus, quasi devoratio terræ semen imbibentis.

Additur vero veluti pro Epiphonemate, thad mun vppe medan Øll̄d Liffer / Langnidiatal Loffars hoffad: nihil est quod sibi vult in hisce verbis. Nam monet quamdiu seculum hoc durat, Georgicas operas fore celebrandas, quæ inventæ sunt propter frumentum. Thad mun vppe medan øld liffer ɔ: hoc celebre erit dum seculum viget. Langnidia tal nepotum catalogus (sc: fructificantium). Loffars hoffad ɔ: in frumentariam vim inchoatum, enatum. Gesta de Dvergis & Georgicis. De eorum Etymologia non pugno interim, maxime quia manuscripta de nominibus valde discrepant: veluti pro exemplo adducam unum ex multis in ultima Stropha vers: ultim: Fili Froste Finnur Ginnar legerat Dominus ille Studiosus interpres: at in Edda sic lego: Falur/ Froste/ Fidur/ Ginar/ sic de cæteris. Neq; est dissimulandum, quod Ethnici vates has facultates in rerum natura Semideos constituerint, imo etiam Dæmonia, & quemlibet spiritum sibi manifestatum: veluti & Ovidius in primo libro Metamor: inducit Deum sic loqventem, cum vellet perdere genus humanum diluvio, superesse tamen hoc genus;

Sunt mihi semidei, sunt rustica Numina Fauni,
Et Nymphæ Satyriq; & monticolæ sylvani, (seu sileni.)
Quos quoniam cœli nondum dignamur honore,
Qvas dedimus terras &c;

Obr

Obliti sunt etiam Ethnici veri illius Dei, & homines præclaros ejus loco coluerunt, atq; iis opera divina tribuere: Sed tamen primævam mundi machinationem Deo soli sibi ignoto concesserunt, de quo sic Ovidius: Qvisquis fuit ille Deorum. Veluti autem Ethnici in Græcia nullam propaginem retro numerare ulterius quam ad Saturnum noverunt, quem filium cæli & Vestæ, ɔ: Terræ, posuerunt, itaq; eum pro primævo Deorum satore habebant & ejus progeniem. Pariter Asæ finxerunt sibi aliqvem suæ gentis Etymona satorem: nempe Bur & ejus filios, de quibus in Edda. Deum interim optimum maximum his nominibus fictitiis & qvidem Triunum seu Trinum Numine in Volu Spá videtur Sibylla inculcare, qvamvis sive ipsa in errorem de ortu & nomine Deorum fuerat inducta, sive (qvod malo) novit has appellationes genti incredulæ magis arridere, accidit quod ait Seneca,

Mihi crede, falsis multa nominibus placent.

Istud vero in Edda datur deprehendere, quod Odinus & ejus satellites hæc Numinum nomina sibi arrogaverint, atq; etiam priscorum parentum personam professi sint; veluti μετεμψύχωσιν Pythagoræ jactantes Nomen & omen retinendo, ut populum hunc seducerent, atq; ignaræ nationi imponerent, ut se colerent & amplecterentur veluti suos Dominos & Divos. Et quoniam annotationes, si ultra sunt continuandæ, super Voluspaa (cujus vix quaternionem adhuc sumus emensi) negocium hoc in Eddam ipsam magnam penitus diffunditur ac diducendum venit, hoc præludio præliminari supersedeo id ultra extendere, nam molestum laborem manus recusat. Vix v: quicquam adhuc dixi è dicendis de Eddicis commentis. Tantum hic ultra annotare proderit ea, quæ in expositione data sunt observanda atq; minus seqvenda, ne error mendarum universaliter imputetur genti. Plura v: sunt qvæ apposite ipse enodavit & commodè transtulit, nonnulla verò quæ sicco pede transiit & obscura non explanavit. De iis ego tantum pauca quæ ab illo dissentio.

17. V: Ask og Emblu videntur nomina hæc à pure hebræ isisck sive anosk, & emm, vir & mater, derivata; quasi primi parentes hic ponantur materialiter. Orløglausa exponitur omni conatu destitutos; magis congruũ videtur investigabiles seu sine fatis (e). La & Læ

(e) Orløg ɔ: fata. Loar in Edda calet. Heilogvetn gloa calent.

te non sangvinem & rationem, sed calorem & motum exposuissem. La/inde Hlåka/nam L. antiquis aspiratur. Laka calidus aêr, Lyr calidus. Litu goda ɔ: faciem venustam; non reddidit ad litteram; colores eximios vel probatos potius referendum. La gaff Lodur og Litu goda; hic demens est expositio: La sangvinem addidit, vicissim jam ponit La proprium nomen, quod ipse antea habuit pro appellativo. Sed Lodur facit appellativum qvod magis hic proprium. Loderus calorem & colores addidit, dixissem. Sed hæc tria Numina aliter nominantur in Edda, nempe 1. Odin, sive deductum sit ab Hebræa voce, Odith causæ, vel Odi causa, aut à græco ὠδὸς dolor parturientium: sed ita antiquitus scribitur Wodin pro Odinn/per Diphthong: 2 Vili, voluntas seu intelligentia. 3. We/quod sacrum qvid semper significat, ut non procul à Trinitatis sanctæ periphrasi discedatur.

19. Ask veit eg standa heiter Yggdrasill: minus commodè per fraxinum hic exponitur Askur nisi cœlum æthereum velit demonstrare; sed axis sphærica hic non obscurè indigitatur per metaphoram à simili sensu. Ygdrasil reperio scribi per simplex g, ut compositum sit ab Ygd prævisio & rasill/ quod est freqventativum à Råd: ad Ræsa Drauminn/dixerunt antiqvi, ɔ: exponere somnia, vel Rås ɔ: emanatio, dependentia (f). Ygd inde framygdur providens, prudens, Grunnygdur vel Grunnudugur imprudens, stolidus. Ygdrasill ergo qvasi seriei causarum secundarum prævisibilis emanatio & dependentia; non ab Ygg Odenn & drasill eqvus uti ipse voluit. Harbadmur rigidas comas, qvid sibi vult? nihil intelligo. Har est sublimis & Badmur campus, quid hoc ad comas rigidas? Zonas hic intelligo sublimes, seu excelsas sphæras. Ausen hvyta Aure: alii hic stellas, alii nubes intelligunt pro pulvere candido, non album lutum: sed de his fusius in Edda & ejus commentariis.

20. Thadann koma Meyar Margs vitande
Thriar vtaff thein Sæ vnder tholle stendur
Inde emanant matronæ polipracticæ
Tres ab Oceano axi subjecto.
Vrd hietu Eina / Adra Verdande /
Skaru å Skyde / Skulld hina thridiu.

In-

(f) Rås Scaturigo, Rasill qvasi scatens omine.

Inciderunt Schidiæ, iſtud vocabulum barbarum nimis videtur. Skidia qvid ſit? ignoro, qui mihi exponat magiſter erit. Verum Skyd novi eſſe appellativum Norvegis, & ſignificare lignum vel ligneam tabulam. Elldur brann á Skydum in Edda, ignis arſit in lignis; Sed in exemplari, quod ego antea legi, ſic extabat: Skar á Skylde/ ɔ: Sculpſerunt in Scuto, clypeo. Sic etiam extat in priori manuſcripto hujus libelli dati. Verum ut ea omittam, nomina harum Nympharum Urd exponit præterita, Verdande præſens, Skulld futura. Quid ſi hoc toto errare cælo non erit? Non enim temporis motum ſed inclinationem aſtrorum ponit, cauſas nimirum: cauſæ vocantur hic femellæ, quæ etiam communiter à Philoſophis hoc tenore fere diſtingvuntur. 1. Urd ɔ: neceſſitans & eſſentialis quaſi ὄντος. 2. Verdandi conditionaliter decretiva quaſi ἐσομένων. 3. Skulld executiva, productiva, finalis ἐπαρχόντων: de his alibi plura dictum, ſapienti ſat eſt. Ita etiam Scholaſtici diviſere, ſi ritè reminiſcor: ſummus neceſſitatis gradus eſt in Deo, medius in primis principiis, infimus in natura, ſed Skulld executio dicitur picta in clypeo ɔ: poſita in propatulo; non enim ſemper evenit quod oportuit evenire, eventus vero ſolus patet, cætera vis latet. Hinc etiam dicuntur quædam cauſæ (quod malè per figmentum accipit virgines fatidicas ſeu parcas) Aſkungar/ id eſt à numine ipſo promanantes: nam Aſa Numen poſuerunt, unde (a) Aſia ɔ: ſolum divinum, ſacra terra; non hi ab Aſia nomen, ſed regio ab illis ſuſcepit qvasdam Alffkungar id eſt à qualitatibus ſydereis & elementaribus provenientes, nam Alffa Liósalffa tales effectus dat. Quasdam eſſe filias Dvalini, ɔ: occulti arbitrii, videlicet poſitas in voluntate humana, vel ſpirituum videtur.

1. Neceſſaria.
2. Contingens.
3. Neceſſitas conſequentiæ.

21. Gullveig Geyrum ſtuddu ɔ: Gullveigam bipennibus fulcierunt. An verbum hoc fulcierunt ſit latinum? ignoro. Sed iſtud novi quod Gullveig non dicitur ab auro & vino, ut is ait: Sed veig eſt vis nummaria, quaſi aurea vis ɔ: peculium auri: inde veigalauſt/ ɔ: nullius pretii, & veigur vires. Lytell veigur i thuy dicimus, de eo quod eſt exile & viribus caret. Pecuniam imo ipſum aurum intelligo. Thriſvar brendu/ thriſvar borna / opt óſtalldan thó hun enn lifer: Ita exponit Metaphraſ: tribus vicibus combuſſerunt, tribus vicibus natam, ſæpe & non raro quæ tamen adhuc vivit, non tam combuſſerunt quám cremarunt: ita reddatur; Ter cremarunt, ter enatam, ſæpè iterum quæ adhuc viget. Scilicet ita tractat aurum

(a) אֲשִׁיָה fundamentum Deorum.

in fornace coctum. Heide hana hiettu hvars til husa kom. Heide qui hic exponit serenitatem, toto errat cælo. Heid n: in lingva Danica antiqvitus nihil aliud significat quam opes & pecuniam: inde Heidinge ɔ: opibus fidens. Heidmilldur ɔ: munificus auri, opum largus. Heidvirdur ɔ: qui recte existimat nummum, nempe nihili; quod nemo nisi Dæmon dicitur facere. Eingin er heidvirdur nema Skollen/ de quibus fusius in specimine Runico Doct: Wormij.


Thad man hun fölkvyg fyrst i heime / er Gullveig Geyrum studdu. Istam cladem commemorat primam in mundo, qvum auream vim, pecuniam, armis tueri inceperunt. Wolu velspå vitte hun / id est Minervam seu disciplinam saniorem veluti vatidicam Sibyllam violenter vituperavit pecunia, deformavit artes & scientias. Og hun kunne Ganda seid Leikenn/ nempe avaritia magicas artes invenit: Fallaciam hic commisit compositionis & divisionis. AE var hun Angan (g) Jllrar Brudrar: Semper exhibuit specimen seu actum & operam fæminæ nequam. Non est facile ex meis nugis sensum elicere rerum qui ejus censurâ & explicatione nervum orationis hauriat, mihi erit multo rarior. Sed desino tandem in hanc interpretationem animadvertere, nam continuam parit molestiam & assiduas mendas. Mallem profecto seorsim commentari & omnia transire priora, & connivere ad quælibet improbanda. Itaq; in Stropha 23. subsisto desinens, pes tamen ipse redit. Gullveigam bipennibus fulcierunt, & in aula Hari eam exusserunt; Ita transtulissem; Auri vim armis tutantes, in aula celsi eam cremarunt, vel coxêre. Haull rectè vertitur aula, nam idem significat, ac eandem originem Etymi videtur sapere. Ward theim Vetterges vans vr Gulle. Stroph. 7. Vatt ɔ: pondus, libra; inde vettauge/quod nullius est ponderis & adeo minutum, ne possit librari lance: unde in codice legum: Wiela kanp skal ad vettauge hassa / ɔ: fraudulenta negociatio ponderis nullius habetor. Sed Ergе significat petulantiam, libidinem à Græco ὀργᾶν: ὀργάω ɔ: appeto impatienter, quod authore Lucretio antiquis latinis erat subare. Exposuit autem Metaphrastes hæc verba hoc modo:

Nulla virtus desiderabatur illis in auro. Quasi abundarint auro; ego contrarium mihi colligo. Vettergis vant ɔ: caruerunt libidine habendi aurum; id n: narrant hæc carmina multo posterius inventum esse. Vide Stroph: 21. Defuit illis petulantia ex auro provenients

(g) Angan non molestia, sed officium, negotium, de quo alibi.

ens. Angan antea dixi operam, officium, alter v. molestiam: Verùm infra Stroph: 48. mecum ille profectò sentit ubi hæc exponit, Thå mun Fryggiar falla Angantyr / sic transfert: tum Fryggæ occumbet maritus. Hic non molestatorem, sed officiosum necessarium necesse fuit intelligere, nempe maritum. Tunc cadet Phryges necessarius dixissem sc: Odin: sed unde Angan si non à græco ἀνάγκη anangen; veluti de plurium primitivorum reductione ad Græca & Hebræa forem audactulus, si liceret ac lucri esset.





MENDÆ TYPOGRAPHICÆ.

PRæfat. lit. E. 1. pag. 2. in margine. *Gymnamensia tria* lege Gymna*sia tria*. ibidem lit. I. 2. in margine : *Rabbini apud Hebræos*, dele. Ibidem lit. L. 3. lin. 11. ab ult. *ipsis* l. *ipsius*. Pag. ult. Præfat. lin. 2. *adjunximus* l. *ajunxi*.

Eddæ Snorron lib. 1. cap. 1 Lat. lin. 4. *jugi* l. *jugis*. Cap. 3. Island. lin. 4. O Jafnadest l. Ojafnadest. lin. 15. Spektenne. l. Spekenne. lin 37. Rade. l. Rada. lin. 79. fumattu. l. funnattu. lin. 92. fundar. l. fundnar. Cap 3. Latin. pag. 3. lin. penult. *peragraretur* l. *peragraret*. pag. 7 lin. 8. *determinavit*. l. *determinaverit*.

Mythol. 1. lin. 7. *lautum*. l. *latum*. lin. 9. *Constituuntq;* l. *constiteruntq*.

Mythol. 2. lin. 5. *in forma*. l. *forma*. lin. 7. *hominum*. l. *hominem*. lin. 10 *ex auratis*. l. *auratis*. lin. 10. *inductum*. l. *obductum*. lin. 11. *prænsitando*. l. *prensitando*. lin 4. ab ult *est scita qvonium*. l. *est scitu qvoniam* ibidem lin. 3. ab ult. *cautas*. l. *cautus*. pag. 3. lin. 7. *in Mythologias*. l. *Mythologias*. Ibidem lin. 8. *Mythologia*. l. *Mythologiæ*.

Mythol. 4. Islan: lin. 8. Forst. l. Fyrst. Mythol. 4. Danic. lin 4. *cam* l. *cum*. lin. 11. mange Alder. l. mange Mends Alder. lin. 24. Rimfrost. Den. l. Rimfrost den. lin. 29. Alle Ting grumme. l. Alle Ting vaare grumme. lin. 32. Saa at smæltis. l. saa at Rimfrosten smæltedis. Mythol. 4. Lat. lin. 11. *ad aliam*. l. *ab alia*. In notis ad lit. Y. *dicit*. l. *dicitur*. *filium*. l. *filiis*.

Mythol. 5. lin. 5. *qvatuor. Amnes*. l. *qvatuor Amnes*.

Mythol. 6. pag. 2. lin. 14. Vrmes Ymes höffde. l. Vr Ymes höffde.

Mythol. 7. lin. 3. *visum dederunt*. l. *& visum: dederunt*. lin. eadem: *& nomina Marem*. l. *& nomina, Marem*. Myth. 10. in not. lit. d. *veneticis*. l. *veneficis*. lit. f. *Saturatur vita, morti vaticinorum*. l. *Saturatur vitâ morti vicinorum*. Ibidem. *exercitium*. l. *exercitum*.

Myth. 9. Hender. l. hinde. Myth. 9. Lat. in notis. ad lit. b. *fractus* l. *factus*.

Myth. 14. Island. pag. 2. lin 6. Brennenum. l. Brunnenum. Myth. 14. Dan. pag. 2. lin. 3. forordnis. l. forrodnis. Myth. 14. lat. lin. 10. *evtensa*. l. *extensa*. lin. 32. *per frondes*. l. *frondes*. In not. ad lit. L. lin. 14. *oriunda*. l. *oriundæ* lin. 15. *& Favnis*. l. *ex Favnis*. lin. 20. *malè efficiunt*. l. *malæ efficiunt*. lin. 25. *circa tatera*. l *circa latera*. lin. 26. *Suptus*. l. *subtus*.

Myth. 15. Lat. lin. 9. *Diversæ*. l. *Diversè*. lin. 31. *vocetur*. l. *vocatur*. Myth. 18. Lat. lin. 6. *& si vaticinetur*. l. *etsi non vaticinetur*.

Myth. 19. lat. lin. 13. *referri*. l. *referre*. In not. ad lit. d. *extructus*. l. *extructas*.

Myth. 20. Dan. lin. 5. det Platz. l. den Platz. lin. 9. Faa u-reene. l. fra u-reene.

Myth. 21. Lat. in not. ad lit. h. lin. 5. *lingvens*. l. *linqvens*. In not. ad Lit. I. lin. 8. *qvam absq; illis tribus*. l. *qvam absq; illis, tribus*. Myth. 22. Island. lin. eignar. l. tiignar. Myth. 26. lin. 11. *aulum*. l. *aulam*. Myth. 27. lin. penult. Vlffve. l. Wlfur. Ibid. lin. ult. thridea. l. thridia.

Mythol. 29. Island. lin. 37. hardag. l. hardara. Myth. 30. lin. 19. *pependit*. l. *perpendit*. ibidem lin. ult. *arit*. l. *aut*.

Myth. 31. Dan. lin. penult. ihielslais Krjg. l. ihielslais i Krjg. Myth. 31. in not. ad Lit. C. *promant*. l. *promunt*.

Myth. 35. in not. ad Lit. a. *habent potium*. l. *habeant potum*: Ibidem *aqvam*. l. *aqvane in*. Ibidem in notis ad Lit. k. circ. fin. *Xystam*. l. *Xystum*. Ibidem ad Lit. I. *fragilem; confidentes*. l. *fragilem confidentes*

Myth. 36. lin. 25. *dilata estq;* l. *dilataq; est*. Myth. 37. lin. 2. *Navi*. l. *Nani*. lin. 5. *verò uti*. l. *verò eâ uti*.

Myth. 38.

Myth. 38 lin. 16. *mancipata* l. *mancipatos.* lin. 30. *hominum* l. *hominem.* lin. 36. *interrogarit.* l. *interrogavit.* lin. 55. *adhuc.* l. *ad hæc.* In not. ad Lit. a. lin. 3. *locum. Thorus.* l. *locum Thorus.* ibid. lin. 12. *ſi qvi* l *ſi qva.*

Myth Lat. 39. lin. 16. *alerum.* l. *alterum.* Ibidem in not. ad Lit. a. lin. 6. *inboitum.* l. *introitum.* lin 19. *aula.* l *aulæ.*

Myth. 40. in notis lin. 15. *tertum.* l *tertium.*

Myth. 41. Lat. in not. ad Lit a pag 4. lin. 4. *venturus.* l. *venturos.* Ibidem lin. 7. *meter.* l. *me ter.* lin. 10. *Hæ erant.* l *Hæc erant.* Ibidem in not. ad Lit. c. *borgoneo.* l. *Gorgonco.* Mythol. 42. Dan lin. 26. Nicſver. l. Neſſver.

Myth 42. Lat. lin. 16. *robuſtas.* l *robuſtam.* ibid. in not. ad Lit. a. lin. 1 *offeret.* l. *offerret.*

Myth 43. Dan lin. 24. oaug. l. Laug lin. 25. c. ſtiod. l oc ſtiod. Myth. 43. Lat. lin. 7. *Aſa.* l. *Aſæ* : lin. 22. *virgultam.* l *virgulam.*

Myth. 46. Lat. lin. 22. *ex duo.* l. *ex duobus.* lin. 25. *præhendit.* l. *prehendit.* Myth. 47. Lat. lin. 5. *ſummentes.* l. *ſumentes.*

Myth. 48. Dan pag. 2. lin. 10. ab ult. aff Da. l. aff Dage. lin. 8. ab ult. *Sibille.* l. *Sibyllæ.* Myth. 48. Lat. Ibidem. in not. ad lit. m. *indignantur de Aſtri.* l. *indignantur Deaſtri.* p. 2. lin. 10. ibidem lin. 23. *greſſu* l. *greſſum.* ibidem pag. ſeqv. lin. 1. *metuo.* l. *mortuo.* Myth. 49, pag. 2. lin. 12. *habeas neminem* l. *habeas ; neminem.*

Myth. 50. Lat. lin. 9. *confeſſorem* l. *conſeſſorem.* Myth. 51. lin. 11. *amba, tauri.* l. *ambas tauri.* Myth. 52. Lat. lin. 12. *reconſiliatio.* l *reconciliatio.*

Myth. Lat. 54. lin. 4. *atter.* l *alter.* Myth. 55. Lat. lin. 5. *incaleſcente.* l. *incaleſcenti.* Ibidem in not. ad lit. b. lin. 7. *prævalerit.* l. *prævaleret.* lin. 12. *[illegible]* l. *invitabant.* Ibid. in not ad Lit g. lin. 4. *æqve.* l. *eqvæ.*

Myth. 57. lin 6 *Serratum* l. *ſervatum.* lin. 29. *columne.* l. *columnæ.* Myth. 58. in Tit. *Ægeris.* l. *Ægeri.* Myth 59. lin. 5. *prætioſiſſimas.* l. *pretioſiſſimas.* lin. 14. *deſiſterit.* l *deſiſteret.* lin. 36. lin. 43. *obtilit.* l *obtulit.* ibidem in not. ad Lit. e. *ſii.* l. *ſi.* Myth. 60. Lat. lin. 14. 15. *eſt. Cum.* l. *eſt, cum.*

Myth. 61. Dan. lin. 1. ti. l. til. Myth. 62. lin. 22. *Diſcendentibus.* l. *diſcedentibus.* lin. 29. *deject* l. *dejici.* lin. 43. *portionem.* l *potionem.*

Myth. 65. lin. 6. *erat* l. *erant.* Myth. 71. lin. 10. *qvod.* l. *qvo.* ibidem. *ut.* l. *at.*

Myth. 72. Tit. Foffner. l. Goffner. Myth. 72. lin. 19. *exploratus eſt.* l. *exploravit.* lin. 36. *eqvitavit tum.* l. *eqvitavit, tum.* Myth. 78. lin. 10. *aſſolet ; conferam iſti.* l. *aſſolet conferam ; iſti.* lin. 13. *Clariſſimum.* l. *chariſſimum.*

Eddæ Snorron. lib. 2.

De Tropicis Notionibis. l. *de Tropicis notationibus.*

Noffn Odens num 8. viß Eyermand. l. Vris Eyermand. *Securus.* l. *Securis.* num. 82. *Sonens.* l. *Sonans.* num. 122. *Aqulinis.* l. *Aqvilinis.* num. 125. fadinbigvi l. Fadimbigvi.

Eyar heite. lin. 3. ab ult. tauma. l. taumu. Hvalfiska Noffn. in not. ad Lit. c. *cœtorum.* l. *cetorum.* *pecularia.* l. *peculiaria.*

Hugar heite. num. 10. ihukommer. l. Jhukommelſe. num. 11. Videnſkib. l. Videnſkab. Ovinnur heite. l. Ovinnar heite.

Voluſpå.

Stroph. 43. hart er i henne. l. hart er i heime. Item in Notis lit. n. ad Stroph. 59. pro Söluaſt. l. Söluaſt.

In Voluſpæ verſione Latinâ.

Stroph. 34. *perfidem.* l. *perfidum.*

In not. ad Stroph. 48. lit. V. lin. 25. *in Eddæ Sæmundi.* l. *in Eddâ Sæmundâ.*

ETHICA ODINI
pars Eddæ Sæmundi
vocata
Haavamaal/
unà cum
ejusdem appendice
appellato
Runa Capitule/
à multis exoptata
nunc tandem
Islandicè & Latine
in lucem producta est
per
Petrum Joh. Resenium

AD SERENISSIMUM PRINCIPEM
GEORGIUM
PRINCIPEM DANIÆ ET NOR-
VEGIÆ HÆREDITARIUM

HAVNIÆ
Imprimebat Henricus Gödeanus, Reg. & Ac. Typogr.
An. Chr. 1665.

Run. Capitul.

Stroph. 27.

Nu eru Haavamaal kvedenn hava hollu
i havahollu at allthaurff Itasonum/
óthórff Ita Sonum:
Heill sá er kvad/ heill sá er kann
Niøte sá er nam/ heiter theirs hliddu

Nunc sunt sublimia dicta cantata in aula, sublimia valde necessaria filiis hominum.
Bene sit illi qvi cecinit, bene sit illi qvi novit,
Fruatur qvi didicit, bene sit illis qui auscultarunt.

SERENISSIME. PRINCEPS

GEORGI

PUBLICA. DANORUM. ET. NORVEGORUM. SPES
ALTERUM. ET. QVIDEM
AUREUM. DOMUS. AUGUSTISSIMÆ. FULCRUM
BONO. PATRIÆ. NATE
NATE. AD. ÆTERNITATEM
EXPRESSA. REGIS. IMAGO
VERA. ET. SOLIDA. PATRIS. TUI. GLORIA
CUI
IN. PARVO. CORPORE. MAGNA. EST. ANIMA
IN. CUJUS. FLORE
GLORIA. FORTUNA. POTENTIA
IN. QVO
SUMMA. OMNIA
TIBI. UNI
ETHICAM. HANC. ODINI
VOLENS. DAT. LUBENS. SACRAT
PETRUS. RESENIUS
TU
SINU. EXCIPE. EAM
QVÆ
SUB. TUO. NOMINE
EGREDITUR. PROGREDITUR
ET. PER. FAMAM. AD. POSTEROS. TRANSMISSAM
A. SECULORUM. EDACITATE. VINDICA

IN-

INGENII. TUI. DITES. DOTES
REGNIS. HISCE. SECURITATEM
PRINCIPIBUS. FIDUCIAM
POPULIS. HILARITATEM
AUGENT
INGENIO. ITAQVE. CRESCE. ET. CORPORE
NATURÆ. EST. CRESCERE. CORPORE
CRESCERE. INGENIO. VIRTUTIS. EST
IDEM. AMOR. STUDIUM. VITA
DUOBUS. DANIÆ. ET. NORVEGIÆ. PRINCIPIBUS. EST
PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES
OMNIA. IMPERIA
DEI. BENEDICTIONE. AC. LIBERORUM. MULTITUDINE
ET. TUERI. ET. REGI
TU. INFINITIS. ILLUSTRATUS. VIRTUTIS. SPLENDORIBUS
ORBI. DIU. UT. AFFULGEAS
DIU. VIVAS. VIVAS. DIU
VOX. POPULI. EST. VOX. DEI

In Voluſpæ notis ſcriptis à Gudmundo.

Pag. 1. lin. 10. *Olai Magni.* l. *Magni Olai.* lin. 4. ab ult. *concidit.* l. *coincidit* pag. 2. lin. 10. *vaticiniata.* l. *vaticinata.* lin. 13. *refellem.* l. *refellam.* lin. 19. *reperietur.* l. *reperitur.* lin. 7. ab ult. *miror.* l. *moror.* pag. 6. lin 6. ab ult. huttuſt. l. hyttuſt. pag. 7. lin. 21. *erudiendo.* l. *erudiendâ.* pag. 8. lin. 7. ab ult. *crepedenes.* l. *crepidines.* pag. 9. lin. 4. Svarrishange. l. Svarrishaug.. lin. 10. ab ult, *ſemetis.* l. *ſementis.* lin. 6. ab ult. *attollens.* l *attolles* lin. ſeqv. *non.* l. *nam.* pag. 11. lin. 4. ab ult *hebræ isiſck.* l. *Hebræis* liſk. pag. 14. lin. 11. *vatidicam.* l. *Fatidicam.*

Haavamaal.

Stroph. 3. *rig & Eſca* l. *friget eſca.* in not. ad Lit. e. *pœnus.* l. *cœna*: (*œna*). l. (*cœna*): *Itur.* l. *item.* Stroph. 17. *ille.* l *illi.* in not. ad ſign. * *aculis.* l. *oculis.* Stroph. 23. *ipſa.* l. *ipſe.* Stroph. 26. freiſte. l. freiſta. Stroph. 28. *incolet.* l. *incolat. patelt icet.* l. *patet licet.* Stroph. 29. *triduonius.* l. *triduanus.* Stroph. 43. *peſſumit.* l. *peſſum it.* Stroph. 51. *diſperdentem bona.* l. *diſperdentem*; *bona.* Stroph. 44. *plane.* l. *pane.* Stroph. 54. in not. ad ſig. * *eiametro.* l. *diametro.* Stroph. 75. *verbaba.* l. *verba.* Stroph. 84. *thororeperi* l. *thoro reperi.* Stroph. 89. *poſſit, animus ejus alias agens id.* l. *poſſit animus ejus aliud agens*; *id.* Stroph. 104. *Novigia.* l. *Navigia.* Stroph. 107. *virgultarum.* l. *virgultorum.* *Lætum.* l. *Lethum.*

Runa Capitule.

Stroph. 8. thunudur. l. thunndur.

In Gudmundi notis ad Cap. Run.

Pag. 2. lin. 12. *novaculum.* l. *novaculam.* lin. 30. *nemine.* l. *à nemine.* lin. 33. *his.* l. *in his.* pag. 3. lin. 5. *inſidiatur.* l. *inſidiator.*

Reliqvas Lector ipſe facilè corriget.



FRIDERICO III
OMNIUM MAGNORUM DANIÆ ET NORVEGIÆ REGUM MAXIMO
PARENTI PUBLICO
JUSTO FORTI PIO POTENTI FELICI INVICTO AUGUSTO
D.
NUMINI MAJESTATIQVE EJUS SEMPER DEVOTISSIMUS

PETRUS RESENIUS



VIri ſapientes Ethicam, antiqviſſimam diſciplinam (natam atq; ortam apud Ethnicos, partim ex naturalibus notitiis, partim ex reliqviis doctrinæ à primis Patribus in Eccleſiâ acceptæ) qvantum potuerunt excolere atq; illuſtrare olim ſtuduerunt, idq; pluribus ac diverſis viis ac rationibus docendi. Qvatuor n. rationes docendi Ethicam veteribus ſcriptoribus Ethicis fuere uſitatæ; qvarum prima & antiqviſſima eſt γνωμικὴ, altera παραδειγματικὴ, tertia ἀποδεικτικὴ, & qvarta χαρακτηριστικὴ.

1 Ratio docendi Ethicam, quæ eſt γνωμικὴ.

Cur veteres gnomis prolixam doctrinam incluſerint.

Γνωμικὴ (ɔ: ſententioſa) ratio docendi Ethicam, quæ aliàs vocatur νομικὴ (ɔ: legalis), eſt quæ nuda præcepta, & nudas ſententias, vel regulas proponit ſine cauſis atq; demonſtrationibus. Cur verò veteres gnomis (ɔ: brevibus ſententiis) prolixam doctrinam incluſerint, rationes ſunt hæ ſeqventes. Primò qvòd, quæ doctri-
næ brevi dicto comprehenduntur, faciliùs arripiantur, & ad ſui
conſiderationem homines pertrahant: Tum etiam quòd decus 1
& gratia iisdem comitetur, addentibus orationi gravitatem, cùm 2
in loco & verecundè intexuntur; ut Fabi⁹ lib. 8. venuſtiſſimè
docet. Tertiò, ut Adoleſcentes ἀπὸ στωμυλίας γλωσσαλγοῦ (quæ 3
commune malum juventutis eſt) ad ſermonis temperantiam & parſimoniam invitarent, cùm animadverterint ſapientiſſimos & eloqventiſſimos qvosq;, quæ dicenda forent, paucis verbis eloqvi & proponere conſveviſſe. Sic hemiſtichium Heſiodi eſt; πλέον ἥμισυ παντὸς (ɔ: dimidium plus toto). Id tribus hiſce verbis omnia

complectitur, quæ Plato tum in Gorgiâ, tum in politicorum li-
bris decem tanta verborum vi & copia conatur ostendere;
scilicet βέλτιον δηλαδὴ εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν (ɔ: satius esse in-
juriam pati, qvam injuriam inferre): *ut scribit Plutarchus in
comm. qvomodo audiendi sunt poëtæ.* Tantam n. rem tantilla com-
4 plectitur sententiâ πλέον ἥμισυ παντός. Qvartò, qvod gignant ar-
gumenta sive confirmationes & refutationes in omnibus caussis:
Nam major in syllogismo plerumq; est aliqva communis senten-
tia. Hinc tanta apud veteres gnomologicæ hujus Philoso-
phiæ admiratio & commendatio fuit, ut ex his sapientiæ nomen, cùm alii, tùm præsertim septem Græci sapientes, (quorum nonnullos Reges fuisse aliqui docent) obtinuerint. Primi n. qui doctrinæ nomine apud Græcos clari erant σοφοὶ (ɔ: sapientes) nominabantur. Id verò nomen cum Pythagoræ & aliis nimis arrogans & superbum videretur, pro σοφοῖς (ɔ: sapientibus) φιλοσόφους (ɔ: studiosos ac amatores sapientiæ) se nuncuparunt, *ut ea copiosius persequitur Laërtius in vitâ Philosoph.*

Gnomographi Hebræi

Tales libelli apud Hebræos sunt: Salomonis Proverbia, & ejusdem Ecclesiastes, פִּרְקֵי אָבוֹת Pirke Aboth, sententiæ morales Ben Syræ, 50 Sententiæ Hebræorum, Libellus ex officina Veneta cum Philebræis communicatus, Libellus Hebræus dictus Canticus argenteus, in lucem prolatus à Jo. Reuchlino Icto. Hanc consvetudinem constanter etiam retinuerunt veteres seniores Hebræi omnes, in quorum commentariis plurima argutè & sapienter, sed breviter dicta reperiuntur. Sic in Arba Turini *lib. 3.* multæ sunt sententiæ de laude conjugii. In aliis qvoq; libris aliæ reperiuntur vulgò etiam jactatæ sententiæ.

Gnomographi Arabes

Quòd olim in sententioso dicendi genere excelluerint Arabes, inter cætera ostendunt libri Arabum gnomologici, quos primus Europæ donavit Thomas Erpenius: Unde discimus Pythagoricum illud, ignem gladio non fodiendum esse, ut multas alias Scholæ Pythagoricæ sententias, venisse ab Oriente.

Gnomographi Græci & quidem Biblici. 1

Græci similes libelli sunt, Salomonis sapientia, & Syracidis sententiæ.

2 Patres Theologi

Eam docendi brevem & succinctam rationem à Prophetis & veteris primævæ Ecclesiæ Doctoribus acceptam Patres deinde & Theologi Græci secuti sunt. In hoc genere orationis scriptæ sunt Maximi Episcopi, (seu confessoris, seu quicunq; tandem fuerit) de charitate 4 Centuriæ, Thalassii Cæsarensis Episcopi hecatondes sen-

ſententiarum quatuor, Marci Eremitæ de lege ſpirituali κεφάλαια ſeu ὑποθῆκαι, Nili Epiſcopi παραινέσεις ſeu κεφάλαια, Carpathii παρακλητικὰ κεφάλαια, Nazianzeni liber carminum, Baſilii Magni moralium ſummarum libellus, Sententiæ paræneticæ Agapeti Baſilii Imperatoris parænesſes, Onoſandri libellus de Imperatoris officio.

3 Apud Ethnicos non pauciores hujusmodi libellos invenietis, quibus brevibus dictis doctrinam de moribus proponunt; Tales ſunt Iſocratis παραινέσεις ad Demonicum, duo libelli Iſocratis ad Nicoclem de Regis & ſubditorum officio, ὑποθῆκαι Chironis (quorum Heſiodus autor creditus fuit, antequam Ariſtophanes Grammaticus doceret non eſſe, *ut Fabius retulit*), Epicteti Enchiridion, Xyſti & Theoctiſti gnomæ, Senariorum libellus, γνωμικαὶ σημειώσεις (i: ſententioſæ obſervationes) Magni Logothetæ, Theodori Metochitæ, Sententiæ Demophili, Democratis, & Secundi. Ethnici

Sic multi alii commemorari poſſunt Auctores, qui ſeu universam de virtutibus & vitiis doctrinam brevibus quibusdam regulis tradiderunt; ſeu etiam brevi libello unum aliquem locum quemcunq; etiam expoſuerunt: quales ſunt Gemiſtius de virtutibus, nec non Æneas Platonicus, Athenagoras & Xenocrates qui de animæ immortalitate libellos ſcripſerunt.

Notandum heic eſt, quòd magna pars eorum qui ὑποθήκας (i: morales ſententias) ſcripſerunt, ſive Poëtæ, ſive Philoſophi & inter hos Pythagoræi, ἀκολουθίαν non obſervarint: Sequens n. ὑποθήκη non pertinet ad præcedentem. Sic ὑποθήκας ſuas ſcripſerunt Heſiodus & Phocylides. Et ſanè non ſolùm antiquorum ὑποθῆκαι in moralibus ἀκολουθίαν non ſervavêre, verùm etiam alia de quibuscunq; rebus præcepta. Ita Epiſtola Horatii ad Piſones de art. Poëti. Perpetuum ordinem ſeriemq; nullam habet, ſed ab uno præcepto ad aliud tranſilit, quamvis nulla ſit materiæ affinitas ad ſenſum connectendum.

Ex Poëtis ſententias ſcripſerunt Heſiodus & Theognis, nec non Rhianus, Evenus, & alii ſimiles. Gnomographi Græci Poëtæ.

Sunt etiam nonnullorum ſcripta ſententiis moralibus plena, quæ injuriâ temporis deperdita deſideramus, qualia ſunt: Septem ſapientum Græcorum (ſc: Solonis Salminii, Chilonis Lacedæmonii, Thaletis Mileſij, Pittaci Mitylenæi, Periandri, Biantis Corinthii, & Cleobuli) Anacharſis, item Scythæ Minermi Smyrnæi, Xenophanis Colophonii, Naumachii Tyrtæi Athenienſis aliorumq; complurium. Hi omnes Gnomas, hypothecas, elegias & Leges verſibus comprehenſas ſcripſiſſe leguntur apud Laërtium & Svi- Gnomographi Græci, quorum ſcripta temporis injuria perierunt.

dam, quas etiam veneranda ac ſapiens vetuſtas tanti feciſſe legitur ut eas publicè recitari & à pueris in publicis celebritatibus legi præceperit, *teſte Athen. lib.* 14. *Deipn.* Doctrinam quoq; de moribus, brevibus ſententiis & verſibus incluſam, proponere conati ſunt Pythæus, Pythagoras & Phocylides: Imo ut paucis me abſolvam, omnes Philoſophi, Hiſtorici, Poëtæ & Oratores, tam Græci quàm Latini, longioribus narrationibus breves aliquas rotundas & ſapientes ſententias, tanqvam oracula & ſummas doctrinæ, attexerunt.

Gnomæ Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum, petitæ ex ſapientum ſcriptis.

Prophetæ quoq; & Apoſtoli, etiam Chriſtus ipſe (fons omnis ſapientiæ in cœlo & in terra) hanc docendi conſvetudinem ut utilem & bonam non ſunt aſpernati. Et ſanè non ſolùm Prophetæ (ut patet ex lib. 1. Sam. cap. 24. v. 14.); Verùm etiam Chriſtus plurimas ſententias ex medio vulgi ſermone, aut ex ſapientum præceptis deſumpſit, & multa à rebus humanis ad divinas tranſtulit; quæ quoq; ſententiæ contendunt cum dictis non modò Hebræorum, verùm etiam cum dictis Græcorum & Romanorum.

Dictum 1. Sam. 24. v. 14. ita ſe Latinè habet: ut ait ſententia veteris illius, à malis procedit malum: Hæc ſententia convenit cum Græco adagio: κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν ↄ: malum corvus malus edidit ovum.

Sic hæc dicta Novi Teſtamenti cum dictis Græcorum & Romanorum optimè conveniunt. Luc. 12. v. 19. Comede, bibe, exulta. Epicurus: Ede, bibe, lude poſt mortem nulla voluptas. Arianus lib. 1. exp. Alexandri: ἔσθιε, καὶ πῖνε, καὶ παῖζε ↄ: comede, bibe, lude. Emanuel fol. 30. 6.

מַה יֹּאמְרוּ אַנְשֵׁי הַנְּצִימוּת
אֱכוֹל וּשְׁתֵה כִּי מָהָר נָמוּת

ↄ: Qvod dicunt homines voluptuoſi: Ede & bibe: nam cras erimus mortui. Sepulchro Sardanapali Aſſyriorum Regis ita inſcriptum erat Aſſyriorum literis:

ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ
ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΟΥ ΠΑΙΣ
ΤΑΡΣΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΓΧΙΑΛΗΝ
ΕΔΕΙΜΕΝ ΗΜΕΡΗ ΜΙΗ
ΕΣΘΙΕ ΠΙΝΕ ΟΧΕΥΕ
ΩΣ ΤΑΓΕ ΑΛΛΑ ΘΥΔΕ ΤΟΥΤΟΝ
ΕΣΙΝ ΑΞΙΑ

SARDANAPALUS ANAKYNDARAXI F.
TARSUM ET ANCHIALEM
UNO CONSTITUIT DIE
EDE BIBE LUDE
NAM COETERA NE HUJUS QVIDEM FACIO

(ↄ: Ne digitorum quidem crepitatione ſunt digna. Inſiſtit n. monumento Statua, manibus ſupra caput tenſis, velut concrepantibus digitis. Hic Sardanapulus luxu & deliciis ſuum amiſit Regnum: Filius erat Anacyndaraxi Regis Nini Perſicæ regionis, molliter effœminatèq; ſe ornans, nec domeſticis conſpicuus, niſi Eunuchis & puellis: incenſo a. palatio in intimis ædium partibus deprehenſus periit. Prædictam quoq; inſcriptionem Anchiale habuit, quæ civitas Tarſo adjacet, hodieq; Zephyrion appellatur *ut legitur apud And. Schottum inter Proverbia è Bibl. Vaticana petita, Cent. 3. adag. 91.*)

Matth. cap. 7. Qværite & invenietis. Sophocles, πᾶν ζητούμενον ἁλωτόν ↄ: quicquid quæritur reperire ſpes eſt.

Sic illud, quod duobus locis N. Teſtamenti occurrit; Multi vocati, pauci electi, eſt Proverbium Græcorum petitum ex Theodoreto:

Πόλλοι μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι

ↄ: Multi Thyrſigeri, pauci quos Evius afflat.

Hoc proverbio Græcorum, ex vana religione veniente, explicat Theodoretus dictum ſcripturæ: multi vocati, pauci electi.

Verba Chriſti ſunt: Habenti dabitur. Verba Martialis ſunt:

Dantur opes nullis nunc niſi divitibus.

Matth. cap. 5. Deus Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: Theognidis verſus eſt:

Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν.

ↄ: Opes quidem Deus & prorſus malo viro dat.

Idem: Πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς δίδοι ἀνδράσιν ὄλβον ἔσθλον:

ↄ: Multis inutilibus viris Deus dat opulentiam bonam. Seneca; Et ſceleratis ſol oritur.

Matth. c. 20. Ex abundantia cordis os loquitur. Menander:

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

ↄ: Humani ingenii indicium facit oratio. Et Ariſtides:

Οἷος ὁ τρόπος τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος

ↄ: Qvale ingenium, talis eſt oratio.

Matth. cap. 10. Nihil eſt opertum qvod non revelabitur, & occultum quod non ſcietur. Sophocles:

ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τ' ἄδηλα, ɔ: humana longis cuncta curriculis dies occulta pandit. Et Menander:

ἄγει τε πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος ɔ: in lucem tempus veritatem protrahit.

Matth. c. 7. Qvid vides festucam in oculis fratris tui & trabem in oculo tuo non vides. Menander:

οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ Πάμφιλε σαφῶς. ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται.

ɔ: qvicunq; fædum admittit aliquid Pamphile, non videt hoc ipse, at alius si faxit videt.

Idem; ἅπαντές ἐσμεν, εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ,
αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν

ɔ; Nempe omnes aliis rarò consilium damus,
At ipsi nostra errata non advertimus.

Latinum illud vetus; Sed non videmus manticæ, quod in tergo est. Cicero: stultitiæ proprium est, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Horatius:

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Qvàm aut Aquila, aut serpens Epidaurius? Ignoti autoris:
τὸ μὲν ἀλλότριον ἄνθρωπε βασκανώτατε
κακὸν ὀξυδρεκεῖς, τὸ δὲ ἴδιον παραβλέπεις.

Alienum vitium, quæ tua est malignitas, acutè cernis, at tuum prætervides.

Matth. c. 12. Omne Regnum divisum contra se desolabitur, & omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit. Cicero: Qvæ domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atq; dissidiis funditus possit everti? Et Sophocles:

Ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν
Αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους, οἴκους τίθησιν

ɔ: Non ulla major pestis impatientiâ est; hæc & domos evertit & claras diu prosternit urbes.

Difficulter ad salutem pervenire divites, sententia Christi est. Unde non abit illud Platonis: Ἀγαθὸν ὄντα διαφερόντως καὶ πλουσίων εἶναι διαφερόντως ἀδύνατον ɔ: fieri non potest, ut qui eximiè sit bonus idem eximiè sit dives.

Benefacta corrumpi, si gloriæ studio præcipuè fiant, docet Christus. Huic consonat laus viri boni apud Æschylum:

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Namq; optimus vir esse, non credi, cupit.

Et illud Cleontis:

Ἀνελεύτερος πᾶς ὅστις εἰς δόξαν βλέπει.

ɔ: Illiberalis eſt, qvi ſtudet gloriæ.

Præcipuum charitatis præceptum, quod ubiq; Chriſtus inculcat, Alexander Severus Imperator iisdem propè verbis extulit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Nam hoc Apophthegma ab Imperatore negativè prolatum protulit Chriſtus Matth. 7. verſ. 12. affirmativè: Omnia quæ volueritis ut faciant vobis homines, ita & vos facietis eis. Ab hoc non diſcrepat illud Prætoris Edictum quod ſummam habere æqvitatem Ulpianus ſtatuit: Qvod qvis juris in alium ſtatuerit, ut eodem ipſe jure utatur. Tit. 2. lib. 2. D. Adde l. cum hæreditas. 59. D. de admin. tut. l. cum in eo. 44. D. de pact. Imò huc etiam pertinet Lex Moſaica, ſc: Decalogus, quam Paulus Rom. 2. ver. 15. appellat opus legis in cordibus noſtris ſcriptum. *Vide Eraſm. Adag. Qvod tibi non vis fieri &c.* Hoc apophthegma Anton. Faber *in jurisp. Papin. princ. 4. confut. 2.* vocat Legem naturalem, quæ totius juſtitiæ fundamentum eſt; quæ ſicut prohibitoria eſt, ita & potentior qvàm affirmativa illa contraria: Quod tibi vis fieri, alteri feceris. Hoc qvoq; dictum tanto honore dignatus fuit Severus Imperator, ut id in exercitu voce Præconis proclamari fecerit, *teſte Lampridio in Alexand.* Jure etiam meritòq; addi hoc poteſt tribus juris præceptis, quæ ſunt: Honeſtè vivere; alterum non lædere; ſuum cuiq; tribuere.

Arcana Dei Deo relinqvenda, rationemq; captivandam eſſe docet ſcriptura: idem docent Ethnici. Huc hoc Anaxandridæ:

Ἅπαντες ἐσμὲν πρὸς τὰ θεῖ' ἀβέλτεροι,

Καὶ οὐκ ἴσμεν οὐδέν. ɔ: ad res divinas blenni ſumus, nec ſcimus hilum. Et illud Ariſtarchi:

Καὶ τ', ἂν ἴσον μὲν εὖ λέγειν, ἴσον δὲ μή,
ἴσον δ' ἐρευνᾷν, ἐξ ἴσου ἢ μὴ εἰδέναι,
Πλεῖον γὰρ οὐδὲν οἱ σοφοὶ τῶν μὴ σοφῶν
εἰς ταῦτα γινώσκουσιν: εἰ δ' ἄλλου λέγει
ἄμεινον ἄλλος, τοῦ λέγειν ὑπερφέρει.

(ɔ: De rebus iſtis par loqvi, vel non loqvi; par jus & ignorantis & quærentis eſt: Nec qui putantur ſapere, plus horum vident inertè vulgo: Si quis autem rectiùs loqvi videtur, plus habet ſolum loqui). Quibus accedit illud Xenophontis: Res divinas ſuper nos eſſe manifeſtum eſt; debetur a. naturæ excellentiori ac potentiori veneratio; at quales ſint Dij, tam difficile eſt repertu, quàm ſcrutatu nefas. Nam neq; Dominorum naturam, aut actus famulis eſſe cog-

cognitos oportet, quibus obſequii gloria relicta eſt. Ad hunc Xenophontis locum videtur reſpexiſſe Nazianzenus, cùm agens de Chriſto dixit: ſervorum non eſt diſputare de Natalibus Domini.

In Pſalmis Davidicis ſæpè præcipitur ut Judex rectè judicet ſine ulla perſonarum acceptione. Ita qvoq; Phocylides:

Πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
Μὴ ῥίψῃς πενίην, ἀδίκως μὴ κρίνε πρόσωπον
Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ Θεὸς μετέπειτα δικάσσει

ɔ: Omnibus juſta tribue, neq; judicium ad gratiam facias.
Ne abjicias pauperem, injuſtè nec judica perſonam.
Si enim tu malè judicaveris, Deus te inde judicabit.

De menſurâ juſtâ ita Phocylides:

Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια. καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι
σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.

Menſuras tribue juſtas; modus namq; in omnibus bonus eſt.
Libram ne pulſes alteram, verùm æqualiter trahe.

De mercede mercenarii ita Phocylides:

Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου, καὶ μὴ θλίβε πένητα

ɔ: Mercedem mercenario ſolve, neq; afflige pauperem; ſecundum verſum Heſiodi,

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω:

Qvem verſum Pittheus, Avus maternus Theſſei, Regis Athenienſium, ſemper in ore habuit.

De Eleemoſynâ dandâ ita Phocylides:

Πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.

ɔ: Divitias tenens, manum tuam egentibus porrige.

ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, τούτων χρῄζουσι παράσχου,

ɔ: Qvæ tibi Deus dedit, de his egentibus præbeto. Idem paulo ante:

Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς;
Πληρώσας σέο χεῖρ' ἔλεον χρῄζοντι παράσχου

ɔ: Mendico da ſtatim neq; cras redi, dicas,
Tuam manum implens miſericordiam egenti exhibe.

De verbo Dei ita Phocylides, diſtingvens inter verbum hominum & verbum Dei:

ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου
Sermo armatura eſt homini penetrantior ferro.

Et paulò poſt:

Τοῦ δὲ θεοπνεύστου σοφίας λόγος ἐστὶν ἄριστος

ɔ: Cœterum ſermo à Deo inſpiratæ ſapientiæ eſt optimus.

Gen. 3. v. 19. In ſudore vultus tui victum tuum tibi acquires.
Phocylides:

Ἐργάζεο μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς

ↄ: Labora ſudans, ut de propriis vivas.

Plutarchus: Apud Deum univerſæ humanæ ſpatium vitæ atq; adeò præſens momentum nihil eſt; cùm triginta anni in illius conſpectu veluti crepuſculum, ne dicam hora, ſit matutina. Idem: Deus uniuscujusq; affectum ac naturam haud ignorat, ut pote qvi magis animæ qvàm corporis ſcrutator exiſtit.

Apud Græcos hoc adagium fertur: ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω ↄ: ex fructu arborē judico. Apud Lucam cap. 6. idem ferè legitur.

Apud Græcos Pittacus Philoſophus conſultorem ſuum ad pueros turbine ludentes mittit, à qvibus de ducenda uxore proverbio doceatur, audiatq; τὸ κατὰ σαυτόν.

Chriſtus Matth. 11. Puerorum citat paræmiam ſic in foro ludentium: cecinimus vobis tibiis, & non ſaltâſtis. Cui ſimillimum eſt illud Theognidis;

—— —— —— —— οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς ὕων πάντεσσ᾽ ἁνδάνει, οὔθ᾽ ἀπέχων

ↄ; Non etenim cunctis placet vel Jupiter ipſe, ſeu mittens pluviam, ſeu cohibens pluviam

Innumera id genus reperient, qvi ſacros & profanos ſcriptores cum curâ legere volunt. Præterea ſententias Salomonis & Syracidis non ſolum cum Hebræis, verùm etiam cum Græcis ſententiis, qvæ apud Stobæum & alibi extant, ſi quis diligenter contulerit, maximam obſervabit convenientiam.

Inter Latinos ſcriptores etiam reperiuntur, qvi in hoc doctrinæ genere Græcis vix ſunt inferiores, qui ex Græcorum vetuſtiſſimorum fontibus pleraq; de moribus ſcripta hauſerunt: ſicuti Græci, ac pleriq; Græcorum Theologorum ſuos de moribus commentarios ab Hebræis acceperunt. Talia ſunt diſticha Catonis, Publij Mimographi Mimi lepidiſſimi, nec non aliorum. Gnomographi Latini.

Gnomologorum ſive Gnomographorum duo ſunt genera: Qvidam γνώμας (ↄ: ſententias) ſcripſerunt: ſive docuerunt Ethicam per Gnomas. Tales fuêre hactenus allegati ferè omnes Gnomographi: Qvidam verò non ipſi gnomas ſcripſêre, ſed Gnomas ab aliis (tum Poëtis, tum Oratoribus, tum Hiſtoricis & aliis) ſparſim inter carmina, orationes & hiſtorias ſcriptas ex illorum ſcriptis collegerunt, & in ordinem certum redegerunt atq; digeſſerunt: de quibus nunc dicendum eſt. Gnomographorum duo genera.

Gnomegra-phi qvi gnomas ab aliis scriptas collegêre, & qvidem

1 Græci

Cum n. tantus sit usus Gnomarum, tanta necessitas, tantaq; autoritas, ut supra demonstravi, optimi & sapientissimi qviq; sententias Poëtarum & aliorum Ethnicorum scriptorum, (qvi sapientiæ nomine celebres fuerunt) magno studio collegerunt, conservârunt, & ad omnem posteritatem propagaverunt. Inter qvos meritò primas obtinent Athenæus, Plutarchus, Svidas, Phavorinus, Diogenes Laertius, Michael Apostolius, Stobæus (in Sententiis & Eclogis), Clemens Alexandrinus, Antonius Melissa & Maximus; ut & ex recentioribus, Augustinus Steuchus, Jacobus Hertelius, Michael Neander, Simon Sulcerus, Joan: Camerarius, Andr: Schottus, Hugo Grotius, Aug. Baccherius, Hen. Stephanus, Boëtius Epo item Jac. Dupertus qvi ex Homero γνώμας collegerunt, sicut Joan. Paludanus item Bartholo. Magius ex Isocrate, idem Magius è Demosthene, Nic. Liburnius à Platone, Andr. Schoppius à Platone & Aristotele, Val. Schonbornius ex Poëtis Græcis & alii ex aliis. Proverbiorum etiam volumen scripsit Aristoteles, *teste Laërtio de vita Aristotelis*, qvod hodie non extat. In celeberrima illa Bibliotheca Medicea Florentina reperiuntur adagia Græca MSS. in Folio cum variis sententiis atq; explicationibus Poëtarum & Philosophorum Græcorum ordine alphabetico scripta ab Arsenio Monembasco Archiepiscopo ad Leonem Pap. X. Ibidem custoditur, collectio MS. in 4to proverbiorum Græcorum ex Salomone & Syracide: Item proverbia & Sententiæ variæ Græcæ MSS. in 4to.

Huc referri debent omnes Philologi, Gnomologi, Polyhistores, thesauri & Bibliothecæ opulentissimæ & pretiosissimæ, sc: Photii & aliorum.

In Bibliotheca Medicea occurrunt etiam sententiæ Monasticæ, ex variis poëtis juxta ordinê alphabeticum dispositæ, impressæ Florentiæ 1492 in 4to Græcè literis qvadratis. Hisce annumeramus volumen illud amplum & varia eruditione refertum Græcorum epigrammatum, nec non αὐτολογίαν Hieronymi Megiseri.

2 Latini

Qvemadmodum Stobæus & alii ex Græcis scriptoribus collegêre sententias; Sic Gesnerus è Latinis Autoribus (qvæ Gesneri collectanea non habemus), Mirandulus & Hen. Boort è Poëtis Latinis, Ad. Barlandus & Val. Rotmarus ex Virgilio, Pet. Lagnerus nec non Gabr. Prateolus item Bart. Magius & Melc. Junius ex Cicerone, Nic. Kragius ex Livio, Anonymus è Saxone Grammatico; Adamus Henricus Petri è Marsilio Ficino, Erasmus & Hubertus Scutæputæus à L. Annæo Seneca Philosopho, Christoph. Georgi Dibvadius è M. Annæi Senecæ Tragœdiis, Fransc. Swoertius à

tius à ſcriptis Lipſii & à primæ notæ Hiſtoriographis, Georg. Caſſander à Plauto, Mar. Haineccius è Terentio, Joac. Murmellius è Catullo, Tibullo & Propertio, Lambertus Schenkelius è Phil. Cominæo, Froſardo & Lipſii tr. de conſtantia, ejusq; libris Politicis, optimè & diligenter collegerunt: Item ex Latinis & Græcis Autoribus Dominicus Nanus Mirabellius, Bartholomæus Amantius, Abrahamus de Cardes, Franciſcus Tortius, Joa. Hilnerus; & poſt hoſce Joſephus Langius, Fr. Sylvius Inſulanus, Laurentius Bejerling, Wolfgang. Seberus, Joſephus Albertatius, & Joan. Fungerus innumeras ferè gnomas nobis communicârunt. Hiſce adjungi debet Eraſmus Roterodamus, cujus adagia in erudito illo adagiorum volumine extant, in qvo etiam gnomas ſelectiſſimas qvasq; adhibuit; cujus Epitomen, Eraſmo ipſo laudante & approbante, ſcripſit Adrianus Barlandus. Poſt Eraſmum adagiorum Centurias octo collegit Adrian. Junius, proverbiorumq; farraginem ſcripſit Ulpius Ciſſeus. Poſt Eraſmum qvoq; adagiorum epitomen è Jugentio & aliis edidit Victor Giſelinus. Tandem adagia qvinqvaginta è jure civili collegit & explanavit Gvilhelmus Gentius, proverbiaq; Juriſtarum edidit Georgius Viviennus.

Gnomas veterum Hebræorum conſcripſerunt varii, inter qvos primarii ſunt R. Mintz, R. Samuel Medinenſis, R. Samuel Japhe, qvibus addi poteſt R. Benjamin; & ex recentioribus Johannes Druſius, Joan. Plantavitius, Johannes Johannis Buxtorphii Filius. Si qui ſint, qvi majorem Hebraicarum Sententiarum, Apophthegmatum & Proverbiorũ deſiderent copiam, qvàm eam qvæ in Florilegio Hebraico Buxtorphii & aliorum occurrit, haud difficile erit his principiis jam plura addere, & ad Græcorum atq; Latinorum imitationem infinitis qvaſi modis ea augere. 1. ex Talmud (in qvo plurima adhuc extant qvæ non inutiliter excerpi poterunt) &c. 2. ex veteribus, ſc. Medraſchim, Rabbos, Tanchuna, Mechilta & aliis; nec non 3. ex variis ſcriptis moralibus, ſc: Cad Sakkemach R. Bechai, Menoras Hammáor R. Iſaaci Avuhaf Luſitani, Sepher Hajirah R. Jonæ Gerundenſis, Sepher Jereim R. Elieſeris Merenſis, Orchos Cajim, Sepher chaſidiu, Sepher Haijaſchar, Chovas hallevavos, Sepher hammuſar, Reſchis Chochmah, Toras haadam, Tzori Haijagon, & aliis. Nec abs re fuerit ad Græcorum & Latinorum exemplum poëticas ſententias, ſeu rhythmis ſeu metris incluſas, adſpergere, ut ſic etiam Hebræorum hac in parte vis videatur: Cujus rei ſpecimina aliqva in Florilegio Hebraico dedit filius Boxtorfius. Huc faciet opus Pöeticum celeberrimi Hebræ- 3 Hebræi

orum Poetæ R. Emanuelis, cui Titulus חמברות עמנאל Mecha-
beroth Immanuel. Sic habetur inter Hebræos celebris ille ſelecta-
rum margaritarum libellus מבחר הפנינים Miſchar Happeninim
dictus, carmine redditus ſub titulo שקל הקדש Schekel hakko-
deſch, ſed manuſcriptus tantùm. Huc item facient libellus חיים
שערי עץ Schaare etzchajim, משלי שועלים Miſchle ſchualim,
משל הקדמוני meſchal hakadmoni & alii.

4. Arabici. Varias tandem aliarum nationum ſententias & adagia ſcripſêre varii: Arabicas Salomon Ben Gavirol (ut vult Kimchius; ſive R. Jedaia, ut vult Plantavitius); item Jacobus Gerſchovius:

5. Turcici. Turcicas Hieronymus Megiſerus:

6. Æthiopici. Æthiopicas Theodorus Petræus Flensburgo-Holſatus in notis ad Prophetiam Jonæ Æthiopicè & Latinè à ſe editam:

7. Italici. Italicas Catharinus Dulcis:

8. Gallici. Gallicas Franciſc. Eucollus, Petrus Pontanus, Joa. Buchlerus & Franciſcus Deſruës:

9. Hiſpanici. Hiſpanicas Hernan Nunniez, Blaſcus de Garay, Cæſar Oudin, & Ed. Brerewood:

10. Germanici. Germanicas Sebaſtianus Franchen, Joa. Buchlerus, Eugarius Eyringe/ Ioh. Olorinus, Fridericus Petri, Georgius Meier & Tacitus Zegerus:

11. Belgici. Belgicas Jacobus Zovitius, Joan. Sartorius & Joannes Catus; Italicas, Gallicas, Hiſpanicas, Germanicas & Belgicas ſimùl Janus Gruterus:

12. Polonici. Polonicas Joan. Daubmannus, & Gregorius Cnapius:

13. Danici. Danicas Petrus Legiſta, Anonymus qvidam, & Daniel Matras.

Petrus Lolle. Petrus hic in Præfatione libri vocatur Petrus Laglandicus, item *Petrus de Laale*, & in titulo *Petrus Laale*, Danicè Peder Lolle; interim tamen eum fuiſſe Gallum aut in Gallia verſatum putat Chriſtiernus Petri in notis ad ſententias Petri Legiſtæ fol. 39 & 40. Vocatur etiam cognomentô Legiſta, qvia fuit non ſolùm divinarum virtutum optimus Præceptor, verùm etiam Legifer juſtiſſimus, *ut patet ex titulo editionis ſine notis*; ubi etiam dicitur Danorum lux & Doctorum virorum evidens exemplum & ſpecimen. Eum Roëſchildiæ in Scholæ Roëſchildenſis infima claſſe ſepultum eſſe percepi ex Affine meo honoratiſſimo, viro admodum Reverendo & eruditiſſimo M. Petro Wilhadi, Epiſcopo Wiburgenſi digniſſimo: qvod idem Rector Scholæ Roëſchildenſis fideliſſimus Vir Cl. M. Johannes Calundanus ſe à viris doctis audiviſſe affirmat. Sententias X. haſce ſecundùm ordinem literarum collegit partim ex ſacris & jure

jure Canonico, partim ex Sententiis & adagiis Danicis; & editæ sunt primò Latinè & Danicè anno 1508 Hafniæ per Gothofridum, nomine Gemen/sine notis, correctæ diligenter per doctos Viros in Universitate Hafniensi; Deinde Parisiis Anno 1515 cum notis Petri Christierni, Magistri Parisiensis & Lundensis Ecclesiæ Canonici, extractis per bonam partem ex annotatis Præsbyteri & Præceptoris sui Erasmi Simonis, Röeschildensis Ecclesiæ Vicarii, & recognitis per Jodocum Badium Ascensium, cujus de hisce sententiis judicium notis prædictis est præfixum; Tertiò Aarhusii Anno 1614 Danicè à Iohanne Ioh. Skonning incolâ Aarhusiensi, idq; ordine alphabeticô.

Liber hic in Scholis olim valde communis fuit, ut videre licet ex præfat. edition: sine notis.

Anonymus verò (qvi tamen seqventibus literis nomen suum indicare voluit L. P. I. S. R.) proverbia & problemata Danica unà cum sententiis septem Græcorum sapientum, nec non Arithmologica Ioachimi Camerarii, Danicè in 8vo Anno 1611 edi curavit. Anonymus.

Post Petrum Legistam & Anonymum, Daniel Matras, in Academ. Sorana Lingvæ Gallicæ & Italicæ Professor, sententias & proverbia Danica, Gallica, Italica & Germanica collegit & Hafniæ 1633 in 8vo ptomulgavit. Daniel Matras.

Islandicas tandem γνωμας longè ante 600 annos conscripsit Sæmundus Islandus, qvas nunc primùm sub Titulo Ethica Odini promulgavi. 14 Islandici.

In hisce scriptis gnomographis, præter sententias, diversa diversarum nationum adagia sive proverbia leguntur. Etsi verò in aliis lingvis discrimen est inter Sententias & Proverbia, tamen Hebræi appellatione משלי mischle utrumq; complectuntur: & sicut apud Hebræos משל significat Proverbia, Sententias, Similitudines; Sic qvoq; apud Arabes *Mischle* eadem significationis suæ ambitu complectitur, *ut docet Tho. Erpenius in Præfat. ad Centur. duas Proverb. Arab.* Est a. Sententia breve dictum, continens admonitionem de Moribus, aut descriptionem humanorum eventuum: ut, nosce te ipsum; ne qvid nimis. Proverbium v. est dictum vulgi sermone celebratum, figuratè aliqvid significans, sive sententiam confiderat, sive aliam qvalemcunq; descriptionem: ut: Spartam nactus es, hanc orna; oleum & operam perdere.

Præter illam divisionem Gnomographorum in eos, qvi ipsi gnomas scripsêre, & in eos, qvi gnomas ab aliis scriptas collegêre & in or- Gnomographorum alia duo genera.

ordinem redegére; dividuntur adhuc Gnomographi in Ethnicos sive Profanos & Sacros.

Gnomographi Sacri. Hactenus inprimis de Gnomographis Ethnicis, jam de Gnomographis Sacris. Tales sententias multi scripsere extra Ecclesiam & in ipsa Ecclesia, sed omnes libros in hoc genere superant Proverbia Salomonis & Sententiæ Syracidis.

In Bibliotheca Medicea reperiuntur sententiæ sapientum tàm ex sacris libris, qvàm ex S. S. Patribus & variis Philosophis, de vatiis rebus à qvodam Monacho Georgio collectæ & Græcè in 4to scriptæ: Item collectio diversarum sententiarum ex Sacris & Profanis scriptoribus; cujus titulus est de vita virtutis & malitiæ, juxta Evangelium περὶ βίου τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας κατὰ τὸ εὐαγγέλιον. In Bibliothecis qvibusdam Italiæ qvoq; custodiuntur Sententiæ notabiles in vitia & virtutes ex Autoribus Sacris, etiam Gentilibus, Autoris innominati: item sermones Amphilochii Episcopi Iconii de virtutibus & vitiis.

Sermones qvoq; Theologici ab Antonio & Maximo, Veteribus in Græcia Monachis, ex sacris profanisq; autoribus Græcis collecti sunt, qvi à Gesnero latinitate donati, & Græcè latinèq; editi sunt, vel seorsim, vel conjunctim cum Stobæi sententiis. Sententias etiam Ethnicas & Christianas collegit Dominicus Baudæus, Andreas Eborensis, Tho. Hibernicus, Albertus Magnus & alii. Adagialia sacra etiam edidêre Martinus Del-Rio & Andreas Schottus.

Omnes utriusq; Testamenti Sententias Hebraicè & Græcè ordine alphabeticô collegit Joan. Plantavitius, easq; versione Latinâ & brevi juxta literalem sensum ut & commentariis illustravit, Titulumq; hujus libri fecit Florilegium Biblicū, qvod complectitur non solùm adagia, proverbia & morales sententias sed etiam parabolas, similitudines, præcepta, concilia, pollicitationes & minas, aliaq; similia ad fidei doctrinam morumq; informationem spectantia. Ante Plantavitium gnomologiam Biblicam conscripsere Ioa. Zechnerus & Ioa. Weidnerus.

Ordines & modi qvibus veteres Gnomologi proposuêre & inculcavére juventuti suas gnomas. Ita Veteres, viciniores Origeni, (*ut Plato in Philebo scribit*) nihil non egerunt, ut juventus à primis mox annis ad studium virtutis, probitatis, atq; honestatis optimis præceptis imbuta, ac exemplis etiam melioribus excitata, assvefieret. Nam aut facienda monere atq; fugienda præcipere solebant legibus, à sapientibus viris sapienter scriptis, quæ publicè in festivitatibus & solemnibus conventibus recitabantur, teste Athenæo lib. 14: Aut etiam proposuerunt

runt

sunt sapientissima sapientissimorum virorum scripta, inprimis Poëtarum Hesiodi, Tyrtæi, Phocylidæ, & aliorum, qvi gnomas seu consilia de vitæ ac morum gubernatione scripserunt. Antiqvissimis in seculis sapientiæ præcepta non nisi carminibus dabantur; Idq; fecit antiqvitas non sine causa; Nam ea qvæ versibus continentur, jucundiùs influunt animo & in memoria firmiùs hærent. Postea addiderunt ampliora & prolixiora aliorum scripta; ut Homeri, Euripidis, Sophoclis, & Æschyli: in qvibus extare sciebant doctrinas & commonefactiones de omnibus quæ in vita accidere possunt sapienter scriptas, nec non qvæ à gnomologis dicta fuêre paucioribus verbis explicata. 5.

Ideoq; qvia Veteres nec Biblia, nec Sacra scripta habebant, ex quibus docerentur de Dei voluntate, ac omnibus aliis, de quibus homines doceri necesse est: Habebant tamen Poëtarum poëmata, qvorum pleraq; continebant commonefactiones de vitæ moribus atq; studiorum honesta institutione: ac fuerunt multæ ipsorum sententiæ ex ipsa lege naturæ seu potiùs ipsius Dei desumptæ, qvales pleræq; sunt omnes qvæ de moribus ab ipsis sunt præscriptæ.

Poetæ primi Græcorum sapientes fuerunt qvi doctrinam de moribus tradiderunt.

Et sanè Poëtæ primi Græcorum sapientes fuerunt longè ante Philosophos & Historicos, qvi doctrinam de moribus alii aliter tradiderunt. Inter hos principes fuêre Linus, Musæus, Orpheus, Homerus, Qvintus Calaber, Hesiodus. Multa a. ex Sibyllarum doctrina acceperunt, sicuti id ex multis exemplis planum fieri posset.

Hinc. 1. Agamemnon ad Trojam profecturus, domus & familiæ custodem constituebat Poëtam, qvi qvamdiu moderabatur omnia in ædibus Agamemnonis, pleraq; rectiùs fiebant, qvàm postea, *ut docent Homerus Odyß. γ., & Pausanias in Atticis.* 2. Præceperunt Veteres ac longè decreverunt, ut tum aliorum sapientum scripta, tum Poëtarum Euripidis, Sophoclis, Solonis, Theognidis, Phocylidis, Æschyli, Tyrtæi, & aliorum ac inprimis Homeri poëmata ediscerentur, legerentur, canerentur, & in festivitatibus, mercatibus, templis, Olympiis, conviviis & aliis omnibus solemnibus congressibus publicè in magna freqventia recitarentur, & in tibiis, Lyra, aliisq; instrumentis canerentur; ut qvisq; veluti ex Concionibus Legis naturæ seu potius ipsius Dei, de rectè ac secus factis admonitus ad suos postea melior ipse effectus discederet, moribus deinde ac vita exprimeret, qvæ rectè ac seqvenda esse didicisset: *Ut scribunt Lycurgus in Orat. contra Leocratem, Plato in Hipparcho, Heraclides in allegoriis Homericis, Athenæus lib. 14. Deipno. Dion. Chrysostomus orat. 27., Plutarchus in Crasso & Lysandro & Nisia, Xenophon in Sym-* 1. 2.

posi-

posio & alii. Sic etiam antiqvi Poëtæ Dani, Norvegi & Islandi, dicti Scaldri, Rhytmos sive carmina à se composita in epulis aliisq; conventibus solemnioribus vel assa voce, vel interdum etiam adhibito tibicine & Lyrista, decantare soliti fuerint, non secus ac olim Gallorũ Germanorumq; illi Vates qvos Bardos vocarunt, *de qvibus Ammianus Marcellinus lib. XV. Lucianus lib. I. Strabo lib. IV. de Gallia.* Bardi igitur sicut & nostri Scaldri, nihil aliud fuêre qvam ποιηταὶ μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες, *ut è Possidonio scribit Athenæ. lib. 6.* Tales etiam fuere apud Persas Magi, qvorum mentionem facit Curtius *lib. 5.* ubi tradit, qvâ pompâ Alexander Babylonem ingressus sit; Magi deinde suo more carmen canentes: Post hos Chaldæi Babyloniorumq; non Vates modò sed etiam artifices cum fidibus

3\. sui generis ibant, laudes Regum canere soliti. 3. Tandem sapientissima Poëtarum veterum monita in Templis aureisq; literis in aurea etiam materia describi curabant Græci, qvemadmodum de Homeri & Pindari scriptis proditum novimus à Zonara *Tom. 3. hist. suar.* & Gorgone *Pindari scholiaste in 7. hym. Olymp.* & passim præ templorum foribus horum carmina, tanqvam Deo dignas voces, inscribebant. Hinc 4. Barbaræ gentes scripta Homeri in suam lingvam transtulerunt, qvemadmodum id Indos aliasq; qvasdam barbaras nationes similiter fecisse legimus apud Dionem *Orat. 53.* Ac legitur etiamnum hodie Homerus in vulgari seu barbara græca lingva in Latina Germanica & fortè multis alibi aliis.

4\. Homerus in lingva Indica legitur.

Poëtæ Deorum filii & aliæ.

Veteres itaq; maximè fecere Poëtas, qvi ab Hesiodo *in Theognia* μουσῶν θεράποντες (ↄ: Musarum famuli,) à Pindaro μουσῶν ἀροτησες & â Platone *in Lyside & Jone* Θεῶν υἱοὶ (ↄ: Deorum filii) & Θεῶν προφῆται (ↄ: Deorum Prophetæ) nuncupabantur. Cognominati qvoq; sunt Pöetæ & Philosophi à veteribus μουσοπάτακτοι θεόληπτοι, μουσῶν ἄγγελοι (ut patet ex Theognide in gnomologia,) Deorum antistites, sacrorum expositores, δαδουφοροὶ, μουσοπάταγοι ἔνθεοι, κατεχόμενοι, τὰ καλὰ μέλη ποιοῦντες, καὶ ἀπὸ κρηνῶν μελιρρύτων ἐκ μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν ἀποδρεπόμενοι τὰ μέλη, ἃ ὑμῖν φέρουσι. Vocantur præterea à sapiente antiqvitate ποιηταὶ κοῦφα πτηνὰ καὶ ἱερὰ χρήματα ἔνθεοί τε καὶ ἔκφρονες θείᾳ μοίρᾳ χρήσμῳ ὄντες, ὑπηρέται θεῶν, πατέρες τε τῆς σοφίας καὶ ἡγεμόνες, δι' ὧν αὐτὸς ὁ θεὸς φθέγγεται πρὸς ἡμᾶς ἑρμηνεῖς τῶν Θεῶν, ὧν καὶ καλὰ ποιήματα Θεῖα καὶ Θεῶν αὐτῶν ἐστι, *ut scribit Tzetzes Chiliade 13 var. hist.*

Poetarum genus qvomodo exortum secundum Philonem & Eddæ autorem

Apud Philonem refertur fabella lepidissima & antiqvissima (*ut ipse Philo id affirmat*), qvid Deus, cum condidisset omnia, rogaverit Prophetam qvendam an aliqvid nondum creatum desideraret?

Re-

Reſpondiſſe a. Præconem ſeu laudatorem operum divinorum deſiderari adhuc; ideoq; paulo poſt genus Poëtarum ac Vatum exortum eſſe.

Autor verò Eddæ *Mytholog.* 60. aliam Poëtarũm originem nobis tradit hiſce verbis: *Dii inimicitias cum populis, qvi Vaner dicebantur, diu foverunt: Sed tandem hac ratione pacem inter ſe conſtituerunt. Utraq; pars ad vas qvoddam accedens ſputum in illud miſerunt. Ne verò hoc pacis Symbolum interiret, Dii anteqvam diſcederent, hominem inde formarunt, qvi* Kvaſer *vocatus eſt. Hic adeò ſcientiæ plenus erat, ut de re nulla qvæſtio illi proponeretur, ad qvam reſpondere expeditè non poſſet. Terras idcirco latè peragrans, ſapientiam homines docuit. A Nanis a qvibusdam (qvorum nomina fuére Fialarus & Galarus) amicè invitatus, tandem interfectus eſt. Aheno uno,* Odrærer *dicto, & vaſis duobus, Son & Bodn appellatis, ſangvinem ejus profluentem exceperunt, eumq; melle miſcuerunt, unde mulſum factum eſt, ex qvo qvi biberit,* Poëta *& multarum rerum peritus evadit.* Hæc ille.

Ut autem ſententiæ ſive brevia veterum Sapientum dicta hominibus commendata redderentur, ſicut Lex ipſa ſummi Jovis & rectæ rationis concio, ab ipſis qvoq; Veterum Diis & ipſe Apolline uſurpata ſunt, cujus vocem, monita, oracula veteres tanti fecerunt, qvanti ſe ipſos nunqvam faciendos eſſe putarunt, *ut patet ex Herodoto, Thucydide,* Pauſania, *Xenophonte & aliis authoribus, imò etiam è Patrum ſcriptis.*

Poëtarum gnomæ ſive verſus à Diis etiam uſurpati ut hominibus commendarentur.

Sic Heſiodi verſus, *qvi reperitur in I.* ἐργ. καὶ ἡμ. (*qvo piorum poſteritati Deum benefacere ſcribit*) apud Herodotum *lib.6.* & apud Pauſaniam *lib.8. in Arcadicis* legitur inter oraculorum verſus, qvi Glauco Spartano, ſed perituro, redditi ſunt. Verſus hic eſt:

Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων

Sic Phocylidæ verſus (*qvo ad Labores hortatur homines*) ab Apolline Mileſio uſurpatus eſt. Verſus hic eſt:

οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.

Theognidis verſus (*de votis bonorum, de qvibus tum* Plato *tum alii aliter ſenſerunt; ſc.* Plato *de* Legib. *2 item lib.* 1. *ibidem, item in Gorgia, Ariſtoteles lib. I. ad Eudemium*) in veſtibulo templi Apollinis in Delo ſcriptus fuerat, *teſte Ariſtotele lib. I. Eth. ad* Nicomach. Verſus hic eſt:

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν

Inſcriptio Templi in Epidauro, civitate Achajæ ſupra Corinthum ſita, apud Clementem Alexandrinum *lib.* 5. στρωματ. hæc eſt:

ἁγνὸν

ἁγνὸν χρὴ, νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα,
ἔμμεναι —— —— ——

Oraculorum versus sententiosi

Similia multa alia ab Apolline verè & ſapienter ſunt edita; qvibus hominibus hanc brevem de moribus & pietate doctrinam ſtuduit commendare: qvalia ſunt hæc ſeqventia:

Oraculum Dodonæum reſpondit Athenienſibus de Exulibus & pauperibus amicè tractandis:

Μήθ' ἱκέτας ἀδικεῖν, ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί

extat hic verſus apud Pauſaniam *lib. 7. Deſcript. Græc.*

Oraculum Serapidis reſpondit Thulidi Regi Ægyptio, cum de Deo vero & ſe potentiore ſciſcitaretur:

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς

extat hic verſus apud Svidam *in Thulide.*

Oraculum Delphicum reſpondit Cræſo, Regi Lydorum, cùm qværeret qvomodo vitam perpetuò beatam exigeret:

Σαυτὸν γινώσκων εὐδαίμων Κροῖσε περάσεις

extat hic verſus apud Xenephont. *lib. 7. Cyropæd.* & apud Herodotum *lib.* 1.

Alia Similia multa ſparſim apud Svidam, Stephanum de Urbibus, Pindari Scholaſten, Ælianum, *lib. 3. var. hiſtor,* Pauſaniam *lib.* 4. & alios leguntur.

Libri continentes oracula Sibyllina

Oraculorum qvoq; & Sibyllarum voces, Epigrammata, Symbola, monumentorum, templorum ac ædium inſcriptiones Epithaphia Sententioſa & hujusmodi (deperdito plerumq; temporis injuriâ ipſo opere integro) leguntur apud Philoſophos, Ariſtotelem, Platonem, Xenophontem præcipuè autem in libris qvatuor de dictis & factis Socratis, item in Luciani 170 opuſculis; & apud Latinos, Senecam & Apuleium: apud Rhetores, Demoſthenem, Ariſtidem, Dionem, Chryſoſtomum, & qvos in uno volumine Aldus Venetiis olim conjunctos edidit, Lycurgum, Antiphontem, Lyſiam; & apud Latinos Ciceronem, Qvintilianum & Plinium: apud Hiſtoricos Herodotum, Thucydidem, Diodorum Siculum, Zonaram, Nicetam Choniatam, Joſephum, Dionem Caſſium Nicæum, Pauſaniam Philoſtratum, Strabonem, Heliodorum; & qvi Latinè ſcripſerunt, Svetonium & cœteros, qvi Cæſarum vitas condiderunt, qvos Eraſmus conjunctos edidit: apud Medicos etiam, inter qvos Principatum tenet cum Hippocrate Galenus; apud Philologos, Athenæum, Plutarchum, Svidam, Stobæum, Ælianum, Laërtium, Pollucem, Stephanum, & in opere illo Epigrammatum Græcorum amplo & egregio; & inter Latinos Gellium cum Ma-

1. Philoſophici Græci & Latini.
2. Rhetorici Græci & Latini
3. Hiſtorici Græci & Latini
4 Medici.
5. Philologi.

Macrobio; quibus addimus qvi Proverbia exposuerunt, sc: Zenodotum, Apostolium Byzantium, Diogenianum, & in his principem Erasmum; ex recentioribus Cœlium Rhodiginum, Augustinum Steuchum & Pierium: apud Grammaticos & autorum maximè Poëtarum interpretes qvales sunt; Phurnutus, Maximus Tyrius, Heraclides Ponticus, Proclus Lycius: ii item qvi in Homerum, ut Eustathius, commentaria scripserunt, & qvi exposuerunt Pindarum, Theocritum, Lycophronem, Apollonium, Aristophanem, Aratum, Hesiodum, atq; Dionysii orbis descriptionem; & de Latinis sunt, Priscianus, Charisius, Sopater, Nonius Marcellus. Festus Pompejus, Marcus Varro; & qvi de veteribus commentariis exposuerunt Terentium, Virgilium & Horatium, sc: Donatus Servius, Acron, & Porphyrion: apud Theologos etiam Græcos, Clementem Alexandrinum, Iustinum, Philonem, Synesium, Eusebium, Theodoritum & Theophilum.

6. Grammatici

7. Theologi Græci.

Παραδειγματική (ↄ: exemplaris) ratio docendi est, qvæ præcepta exemplis propositis illustrat, ut fit in Historiis, Tragœdiis, Comœdiis, poëmatis heroicis Homeri, Parabolis, Apologis sive fabulis, Ænigmatibus, Tabulis hieroglyphicis, Symbolis & Emblematibus.

II. ratio docendi Ethicam qvæ est παραδειγματική.

Nam cùm bellis & mutationibus regnorum, qvæ crebræ erant, mores hominum deteriores fierent, nec amplius nudis præceptis & sententiis flecti ad virtutem possent, Sapientes apud Ethnicos in positis spectaculis scenicis animos hominum ad modestiam & reliqva virtutum officia flectere conati sunt.

Origo hujus rationis.

In his spectaculis graves sententiæ de moribus Iambico carmine, qvod proximè accedit ad usitatam loqvendi formam, comprehensæ, insigni grandiloqventiâ & mirâ gestuum varietate recitatæ sunt & horribilia exempla pœnarum contemptæ pietatis & justitiæ, ex historiis Regum & magnorum Ducum desumpta, proposita sunt; qvas Tragœdias nominarunt, qvæ aliis fabulis longè sunt vetustiores, *ut Aristoteles & cum hoc Donatus scribunt*; qvarum autorem esse Epigenem Sicyonium (*à qvo Thespis decimus sextus extiterit*) docet Svidas. Tales Tragædiæ sunt Æschili, Euripidis, Sophoclis, L: Annei Senecæ, Gvilielmi van den Nieu Landt, Lævini Brechti, Melchi. Daelhemii, Nicolai Vernulæi, Petreii Tiaræ, Petri Lanssélii, Petri Philicini, Petri Scriverii, Phili. Bosqvieri, Rochi Honardii, Ioa. Angeli, Ioa. Avianii, Mart. Bellici, Geor. Buchmanni, Geor. Calamini, Tobiæ Coberi, Lud. Crucii, Mart. Anto. Delrii, And. Fabricii, Ioa. Forsteri, Hugonis Grotii, Heinr. Hirtz-

Tragœdiæ.

Tragœdiarum scriptores.

Hirtzwigii, And. Hoii, Georg. Holonii, Mich. Hospeinii, Ioa. Iacomoti, Sam. Iunii, Leodii, Geor. Macreopedii, Corn. à Marca, Coriolani Martirani, Bern. Molleri, Tho. Naogeorgii, Franc. Pigri, Ioa. Franc. Qvintiani, Franc. Sartoris, And. Saurii, Iosephi Scaligeri, Ioa. Scholvini, Iac. Schopperi, Bernardini Stephani, Anto. Thylesii, Andr. Wunsti, Hier. Ziegleri & aliorum.

Comoediæ. Magis verò ad voluptatem audientium comparatæ fuerunt Comœdiæ (qvarum repertor est Phormus cum Epicarmo, *teste Svida*) qvæ erant privatorum hominum ludi, in qvibus Parentes, liberi, servi, mulierculæ, lenones introducebantur & in horum factis & sermonibus, tum vitæ communis imago proponebatur in periculis & casibus inexspectatis, qvorum tamen exitus plerumq; læti erant; sicuti contra Tragœdiarum qvidem principia læta, exitus verò tristes atq; horrendi proponebantur. Tales comœdiæ sunt Aristophanis, Menandri, Iac. Hertelii, Plauti, Terentii, Lazari, Iani Hauteni, Iodoci Scollardi, Melchioris Daelhemii, Petri Papæi, Petri Vladevacci, Polycarp. de Hertoghe, Corneli Schonæi, Ioa. Aviani, Franc. Beucii, Barth. Cimbriaci, Hen. Knaustii, Alex. Conniberti, Mich. Crameri, Dan. Crameri, Corn. Croci, Balth. Crusii, Petri Diesthemii, And. Dietheri, Franc. Emoli, Ioa. Fori, Ioa. Foxi, Iac. Frachæi, Nicod. Frischlini, Gui. Gazæi, Gui. Gnaphæ, Rud. Gvaltheri, Mart. Hayneccii, Eli. Herlichii, Ioa. Hildebrandi, Ægid. Hunnii, Corn. Laurmanni, Alb. Leonini, Ioa. Lorichii, Geor. Macropedii, Coriolani Martirani, Justi Meieri, Ioa. Ment, Georg Mylii, Geor. Pontani, Ioan. Reuchlini, Theod. Rhodii, Ioa. Sapidi, Abrah. Saurii, Corn. Sconæi, Materni Steindorfer, Christ. Stumelii, Iac. Vivarii, Alber. Wighgrevii, Barth. Zamberti, & aliorum.

Comoediarum scriptores.

Tragicomœdiarum scriptores. Tragicomœdias scripserunt Gabriel Ianseni⁹, Phil. Morus, Hermannus Kirchnerus, Hiero. Zieglerus, Iacob. Schopperus, Ioa. Avianius, Ioa. Carbonirosa, Gvilhel. Grapheus, Mich. Hiltprandus, Herman. Kirchnerus, Ioa. Lucienbergius, Corn. Schultingus, Nicol. Grimoaldus & alii.

De Comœdiarum utilitate Cicero præclarè inqvit in Orat. pro Roscio Amar: *Hæc conficta arbitror à Poëtis esse ut afflictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem nostram vitæ qvotidianæ videremus.* De Comœdiarum differentiis cùm alii multi, tum inprimis Aristoteles, Gyraldus, Erasmus, Polyd. Virgilius, & alii scripserunt: qva de re etiam extat fragmentum Græcum Platonis ab Hertelio Latinè redditum inter sententias Hertelii statim in initio.

Inter exemplorum ſcriptores alij particularem qvendam titulum enarrarunt ut qvi de rerum inventoribus, de claris Oratoribus, de Poëtis, de Grammaticis, de claris mulieribus, de viris bellica virtute illuſtribus ſcripſerunt; qvorum catalogum ex Bibliotheca Conr. Geſneri Studioſi petere poſſunt: alii omnis generis exempla collegerunt, ut puta Ælianus, Parthenius, Val. Maximus, Plinius, Polyenus, Sex. Iul. Frontinus, Cornel. Nepos, L. Domitius Bruſonius IC., Lucanus, Alex. ab Alexandro IC., Nic. Hanapius, Nic. Ericeus, Ioa. à S. Geminiano, Marulus Spalatenſis, Ioan. Bapt. Campofulgoſus, M. Ant. Sabellicus, Ioa. Bapt. Egnatius, Gvido Bituricenſis, Ioa. Raviſius Textor, Bartholo. Amantius IC., And. Eborenſis, And. Hondorf, Henr. Caniſius, Magdeburgenſes Theologi, Speculum Mancinelli, Matt. Caſtritius, & Geo. Fabricius, Gvilh. Peraldus, Adri. Vanderborchius, Sparanus, Paulus Frich, Fran. Schottus & alii. Exemplorum ſcriptores.

His addi poſſunt Joa. Boccacii Decameron, Petr. Meſſiæ ſylva variarum lectionum, noctes Franc. Straparolæ, facetiæ Poggii, & Bebelii, Iocoſeria Germanica Ioa. Pauli Monach. Columbarienſis.

Poſt hosce exempla omnium ferè, qvæ in hominem cadere poſſunt, bonorum aut malorum hiſtorica, Ethices præceptis accommodata, collegit primò Conr. Lychoſtenes; Poſtea Theod. Zvingerus qvi omnes exemplorum Rhapſodos & copia & diſpoſitione ſuperat. Nam omnium Rhapſodorum, qvi ad ejus ætatem ſcripſerunt, exempla in ſuos locos artificiosè digeſſit, & præterea qvæ ab aliis intacta fuerunt, ex optimorum Hiſtoricorum ſcriptis deprompta in hoc ejus theatro reperiuntur; qvod collectum eſt ex Hiſtoricis, Rhapſodis, qvi exempla ex Hiſtoricis variis collegerunt, ex Comicis, Tragicis, Poëtis, Fabulis: Ita ut in hoc Theatro non tantùm vera exempla ſed ficta qvoq; & fabuloſa occurrant. Sunt in hoc Theatro etiam exempla religioſa qvorum maxima pars deſumpta eſt ex Marcilo.

Vetuſtiſſimi autores præcepta de moribus & Republica tradere ſolebant per comparationes, ſive plenas, qvas Rhetores propriè παραβολὰς vocant; ſive decurtatas, easq; ſumptas aut à rebus planè fabuloſis, qvalis eſt illa de arboribus, oliva, vite, carduo, *Lib. 1. Judic. 8, v. 8.* & de Paliuro & Cedro, 2. *Paralip. 25. v. 18.* de Accipitre & Luſcinia apud Heſiodum, Demoſthenis de lupis, canibus & ovibus; Menenii de membris humani corporis: aut à rebus veriſimilibus; qvalis illa Nathanis ad Davidem, & pleræq; Chriſti parabolæ. Parabolæ.

Has comparationes decurtatas Antiqvi vocabant αἴνους; posteà Apologi dici cœperunt: Et qvia contracta fabella ſit παροιμία, ideo per abuſionem, qvas alii Evangelii ſcriptores παραβολὰς vocant, *Johannes cap.* 10. *v.* 6. *cap.* 16. *v.* 25. *&* 29. vocavit παροιμίας. Contra apud Matthæum *cap.* 15. *v.* 16. vocatur παραβολὴ, quæ revera eſt παροιμία. Ab hoc freqvente comparationum & fabellarum uſu omnis ſermo à vulgari recedens apud Hebræos משל dici cœpit, *ut Ezech. cap.* 20. *v.* 49: Neq; verò figurata tantùm oratio, ſed & ſimplex, qvæ modò præceptum aliqvod utile contineret. Hinc Hebræis משלי & Græcis παραβολαὶ inſcribitur liber, qvi proverbia Salomonis continet: Et Helleniſtæ (*qvi ad Hebræum ſermonem, qvàm proximè accedere malunt, qvàm Græci ſermonis elegantiam ſeqvi*) vocem משל *lib*, 1. *Sam. cap.* 24. *v* 14. vertunt παραβολήν; dum Latini interpretes vertunt Sententiam, & Avus meus p. m. Ioh. Paul. Reſenius Danice Ordſprock ɔ: proverbium, dictum proverbiale.

Parabolarum genus duplex.

Præterea parabolarum genus eſt duplex: unum δημῶδες, qvod tritas & vulgares ſimilitudines complectitur: Alterum ἱερὸν ɔ: ſacrum, hoc eſt è ſanctiori qvadam & magis arcana doctrina depromptum. Tales ſunt parabolæ ſacræ, qvæ continentur libro Cauſini, *qvi inſcribitur Polyhiſtor Symbolicus*:

Hæc non eſt nova ſcribendi ratio, qva illuſtres aliqvot hiſtoriæ rebus moralibus accommodantur. Auctores habet graviſſimos, Platonem, Dionem Pruſæum, Maximum Tyrium & cæteros, qvorum oratio his Parabolarum illuminata ſtellulis longè majus habet aucupium ſvavitatis. Sancti qvoq; Patres, ut Baſilius & Ambroſius in Hexameris, ſæpe res naturales efformant in Ethica Symbola, qvæ ad vitam inſtituendam, moresq; regendos pertinent. Pleniſſimè hoc argumentum profeſſus eſt divus Epiphanius in ſuo Phyſiologo ſive interpretationibus, qvas cum Clementis Alexandrini Symbolis conjunxit Cauſinus in ſua Symbolica Ægyptiorum ſapientia, qvi qvoq; Epiphanii veſtigiis inſiſtens duodecim Parabolarum hiſtoricarum libros pertexit, *ſub Titulo Polyhiſtoris Symbolici*; qvos adjunxit ſuis obſervationibus in Hori Hieroglyphica.

Parabolarum uſus.

Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *Stromat.* de Parabolarum dignitate, fructu, jucunditate ſic paucis verbis cenſuit: *Utiliſſima eſt ſymbolicæ interpretationis forma ad res permultas: Nam juvat & ad rectam Theologiam, & ad Pietatem, & ad demonſtrativi generis orationes, ad brevitatis deniq; exercitationem ſpecimenq; ſapientiæ.* Hæc ille. S. Auguſtinus. *Epiſt.* 119. de Parabolis hiſtoricis ita judicavit: *Si qvæ autem figuræ ſimilitudinem non tantùm de cœlo, & de ſideribus, ſed etiam de infe-*

riori

riori creatura ducantur ad dispensationem Sacramentorum, eloquentia quædam est doctrinæ salutaris movendo affectui discentium accommodata à visibilibus ad visibilia à corporalibus ad spiritualia, à temporalibus ad æterna.

De Nomine Parabolarum vide Salazar. qvi interpretatus est parabolas seu Proverbia Salomonis. Parabolarum nomen.

Parabolas Biblicas & Sacras collegerunt Orth. Brunfelsius, Lævinus Lemnius, Joh. Zechnerns, Joach. Zechnerus, Adrian. Wandarburchius, Anton. Archiepiscopus Florentinus, Alardus Amstelodamus, Joa. Goncalerus, Joa. à S: Geminiano: qvibus addi debet Joan. Dadræus, qvi similia ex omni propemodum antiqvitate tam sacra, qvam profana conscripsit; Item Henr. Sommalius. Sic qvoq; ex Philosophia Alanus de Insulis, ex Veteribus Poetis Alexand. Candidus, & ex Lipsio Nic. Stochius similitudines collegerunt. Similia etiam ab Erasm. Roterodamo collecta sunt, (ex qvibus præstantiora selegit Georgius Major, & in hæc eadem annotationes & indicem scripsit Joa. Artopæus); deinceps à Lychostene magna accessione aucta & in ordinem alphabeticum redacta, unàcum Theod. Zvingeri methodo similitudinum. Librum nnum Parabolarum scripsit Aristoteles, teste Laërtio in vita Aristot. qvi liber hodiè non extat. In Bibliotheca Medicea reperitur Zenobii epitome similitudinum collectarum ex Didymo & Tarrato juxta Alphabetum impress. Florentiæ in 4to Græcè. Libri parabolarum Hebraici extant seqventes: אימה כנד גלות Ajumah chanidgaloth, auctore R. Isaac Onkinira; משלי סנדראבר Mischle sandravar; משלי שועלים Mischle schualim, parabolæ seu fabulæ vulpium, Auctore R. Berachia Ben-Natronai.

Parabolarum sive similitudinum scriptores Græci, Latini & Hebraici.

Odo etiam Aurelianensis scripsit Parabolas, qvæ MSS. olim Antuerpiæ ad S. Michaëlem extabant, ut notat Bunderius in Indice.

Veteres Fabulis & picturis, qvibus omnia involuit antiqvitas, ad considerationem & explicationem rerum, qvæ proponebantur, exulcitare voluerunt: ὅτι τοιαῦτα χειραγωγεῖ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὸ θαυμάζεσθαι καὶ ζητεῖν, *ut scripsit Maximus Tyrius.* Hinc aliæ fabulæ ex Physicis qvibusdam rationibus; aliæ ex historiis sunt desumptæ atq; confictæ; *qvemadmodum id demonstrant Macrobius, Lactantius, ipsorũ etiam Poëtarũ, (ut Homeri, Calabri, Pindari, Apollonii, Lycophronis, Theocratii,) narrationes ac horum interpretũ expositiones;* Nonnullæ sunt ex Sac: Script: petitæ: Fabularum origo.

Sic Pterelæ fabula ex Samsonis historia facta esse videtur. Apud Lycophronem est qvædam nomine Comætho, filia Pterelæ de Pelopidarum familiâ, qvem Pterelam Neptunus inexpugnabi-

lem

ſem fecerat, qvamdiu in capite coma illius aurea, qvam ipſi dono dederat, non abraderetur: qvam Comam filia Comœtho, amore hoſtis flagrans, cum abraſiſſet, Patrem Pterelam hoſtibus prodidit. Tryphiodorus in Poëmate de excidio Trojæ facit hanc filiam Tydæi, ejusq; Comæthonis Maritum Ægialeum & ejus Camæthonis filium Cyanippum. Ita qvoq; immolatio Iphigeniæ ex Biblica hiſtoria deſumpta eſt. Agamemnonem in Aulide filiam ſuam Iphigeniam mactâſſe ſcribit Euripides, ut & Dianam placaret & mare Græcis navigabile efficeret. Sic Ethnici è ſacris literis Abrahami hiſtoriam ad vaniſſimas nugas detraxerunt, *ut animadvertit Interpres Anonymus Pindari.* Nam pro Abrahamo Agamemnonem, pro Iſaaco Iphigeniam, pro ariete cervam ſubſtituerunt: Vel fortè illa immolatio Iphigeniæ deſumpta eſt ex hiſtoria illa ſacra, qvæ eſt de eo qvi votum fecit, ſe velle offerre Deo eam rem qvæ ipſi occurrebat, & factum eſt, ut eum exceperit Filia ejus. De fabularum & earum differentiis vide Petrum Menenium.

Fabularum ſcriptores, Græci, Latini, Hebraici, Arabici, Germanici, Danici.

Earum verò originem ab Æſopo Phrygio & ab Heſiodo de Luſcinia atq; Accipitre retulit M. Fabius. Fabulas ſive Apologos Æſopi (qvos pueri apud Veteres ediſcebant) Maximus Planudes Monachus Conſtantinopolitanus collegit; qvos carmine Græco expreſſit Socrates, *teſte Plutarcho & Laertio in vita Ariſtotelis*, carmine elegiaco reddiderunt Luc. Loſſius & Caro. Vtenhovius, Carmine hexametro expreſſit Hier. Oſius, Carmine v. Latino ſed antiqvo & incerto autore redditos edidit Jun. Chriſto. Verpelius, oratione ſolutâ explicavit Joach. Camerarius & verſibus Gabr. Faernus. E Lingva Græca ſeu Arabica in Hebræam traductæ ſunt fabulæ Æſopi, Auctore Anonymo, dictæ חידות איזופיטו *Chidoth Ezopito* ɔ: ænigmata Æſopi. Apologos etiam ſcripſerunt Cyrillus, Euſtathius, Gab. Janſenius, Eilhardus Lubinus, Nonnus, Nic. Berbanius, Tho. Bonius, Eraſm. Albertius, Joh. Walchrius & alii. Hiſce adduntur Mythologiarum ſcriptores Græci veteres: ſc: Heſiodus, Apollodorus, Phurnutus, Palæphatus, Ant. Liberales & alii: item Latini, Hyginus, Planciades, Fulgentius, Firmicus, Jac. Braſſica & alii. Natales etiam Comes in libris decem Latinè ſcriptis omnia propè naturalis & moralis Philoſophiæ dogmata ſub antiqvorum fabulis contenta fuiſſe demonſtravit. Mythologia Muſarum à Geofredo Linocrerio facta eſt, ſicut Deorum à Burchardo Pylade. Theſaurum propemodum omnium fabularum Poëticarum conſcripſit Fauſtus Sabæus. Phœdri fabulas cum animadverſionibus edidit Joa. Meurſius.

Lo-

Locmannus Doctor & Propheta Mahomedicus (*de qvo videri potest Surata Alcorani 31*) conſcripſit Arabicè fabulas Æſopicis non diſſimiles, qvas unà cum interpretatione Latinâ Tho. Erpenius edidit. R. Iſaac Ben Salomonis (qvi obiit An. Chr. 1268) librum Proverbiorum & Fabularum veterum Rabbinorum collegit, qvi vocatur מְשַׁל הַקַּדְמוֹנִי *Maſchal hakkadmoni.* Talis qvoq; liber extat Germanicus, dictus Reiniche Foß / plenus fabulis & exemplis notatu dignis ſub hiſtoriâ Vulpis, qvem in Danicam lingvam tranſtulit civis qvidam Hafnienſis, nomine Hermannus Weiger / eumq; cum figuris in 4to edi curavit Lubecæ An. 1555. Aliàs fabulæ Vulpium numero 107. excuſæ Mantuæ in 8vo leguntur in libro מִשְׁלֵי שׁוּעָלִים Miſchle Scualim, autore R. Berachia Ben-Natronai. De fabula Teumeſſiæ Vulpis vide Camer. *in proœm. Chronol. Nicephori pag. 22.*

Ænigmatum inventio, griphorumq; luſus magnam habent antiqvitatis commendationem, ut qvi penè cum ipſis antiqvæ ſapientiæ incunabulis cœpêre. In eo genere celebris fuit Cleobulina, ſive Eumetis Cleobuli filia, cujus etiam ſcirpi fluxuoſis ambagibus intorti ad Ægyptiorum Regem & ſapientes deferebantur. *Ænigmatum inventio.*

Multi Gryphum cum Ænigmate confundunt. Julius tamen Pollux *in Onamaſtico,* poſtqvam qvæſtiones convivales in duas partes diſtribuit, ſc: in Ænigma & Gryphum, ita ſcribit: καὶ εἶχε τὸ αἴνιγμα παιδιὰν, ὁ δὲ γρῖφος καὶ σπουδήν: qvibus verbis innuit Pollux Ænigma jocoſum fuiſſe, Griphum v. præter jocos res etiam ſerias habuiſſe. Sed hæc levi fundamento dicuntur: Nam Clearchus apud Athenæum cum griphum definiret, ſtatim initio definitionis dixit γρῖφον λόγον εἶναι παιστικόν. ɔ: *Griphum jocoſum eſſe ſermonem.* *Inter Ænigma & Gryphum differentia.*

Rectè ergo utramq; definitur δεινὸς καὶ σκολιὸς λόγος ɔ: *ſermo implexus & obſcurus;* cujus varia ſunt genera. *Ænigmatis definitio.*

Primum genus Ænigmatum ſive Griphorum fuit in verbis ſimplicibus. Sic Philideus Comicus ænigmaticè Aërem expreſſit per nomen βέδυ, *Ænigmatum 4 genera* 1

ἕλκειν τὸ βέδυ σωτήριον προσεύχομαι:

Simias Rodius Mare nominat ζαψ, & Cleanthes Philoſophus Solem appellavit Plectrum.

Secundum genus Ænigmatum eſt eorum, qvæ verſantur in literarum ac ſyllabarum tenuiculis qvibusdam & puerilibus aucupiis; ut ſi pronunciare jubeamus Piſcis aut Plantæ nomen qvod incipiat ab Æ; vel recitari verſum, qvi unam qvandam literam aut ha- 2

habeat, aut non habeat, (tales sunt qvos ἀσίγμους griphos vocant); si petamus dictionem versibus accommodatam, cujus initium sit βᾶ; ut βασιλεύς; aut cujus finis sit ναξ, ut Καλλιάναξ; aut dividamus nomen in varios sensus: ut vastus in vas & tus.

3 Tertium erat fermè Dialecticum, in flexuosis contrariarũ propositionum ambagibus: qvale est illud Piscatorum de Pediculis:

ὅσ' ἕλομεν λιπόμεσθ' ὅσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

4 Qvartum & certè gravius ænigmatum genus est, rei alicujus obscura & figurata descriptio; qvale est illud de Cinara:

Ἐγκέφαλον φορέω κεφαλῆς ἄτερ εἰμὶ δὲ χλωρὴ
Αὐχένος ἐκ δολιχοῦ γῆθεν ἀειρομένη.
Σφαίρῃ δ' ὡς ὑπὲρ αὐλὸν ἐρείδομαι. ἢν δε μυστεύσῃς,
Ἔνδον ἐμῶν λαγόνων μητρὸς ἔχω πατέρα.

Nullum mi caput est, cerebrum tamen alta virentem
E Terra cervix surgere sponte facit,
Ut globus in teretri consisto stipite, qvare
Matris habent in se viscera nostra Patrem.

Ænigmatum usus apud Veteres & Danos.

Ita fuit usitatum veteribus, ludere hujusmodi ænigmatibus & qvæstionibus in conviviis recitatione etiam versuum, in qvibus seu sigma nullum, seu alia qvæcunq; litera ab ipso nominata, non inesset; seu ut qvam in literam versus desiisset, ab eadem incipiens alius versus recitaretur; qvem morem etiam hodie à maximis doctissimisq; viris observari qvandoq; novimus in deambulationibus aut peregrinationibus, ne ullum tempus malè ipsis pereat; imò ante paucos annos eundem morem servavêre in Schola Hafniensi, inprimis in sexta ejus Scholæ classe, singulis annis die S. Thomæ, qvo ita versibus hujusmodi certaverint, ut qvi victus tandem fuerit creatus sit Luse-Konge/ idq; non sine magna contumelia. Exercebantur qvoq; magni Reges hujusmodi ænigmaticis qvæstionibus, qvas inter se invicem mittebant aliis solvendas alii, propositis præmiis, mulctâq;, si qvi non solvisset; *ut patet ex Athenæo lib.* 10, *Hesychio in dictione* ryphi, *Theophilo. lib.* 3. *contra gentes, Joseph. de antiqv. Judæ. contra Appion, Josepho Judæo lib.* 8. ἀρχαιολογίας, *Planu in vita Æsopi, & Plutarcho lib. qvi septem sapientum convivium inscribitur.*

Ænigmatum scriptores Græci, Latini, Hebræi, Gallici, Hispanici & Islandici.

Ænigmata sacra scripserunt Joa. Bohemus & Sim. Rhotus; Profana verò Joa. Lauterbachius, Jul. Cæs. Scaliger, Eobanus Hessus, Adr. Junius, Joa. Lorichius, Joa. Pincierus, Nic. Reusnerus IC. & Melch. Stalschmid: Sacra & profana Joa. Heidfeldius. Hisce addi possunt centum ænigmata Latina Symposii qvæ reperiun-

untur in Caussini Symbolica Ægyptiorum sententia *pag.* 219 *ad pag.* 237: Item ænigmata Adr. Junii, Alex. Sylvani, Eckeberti, Jacobi Eyndii, & aliorum. Extat etiam Liber ænigmatum Lil. Greg. Gyraldi, in qvo tum pleraq; veterum Græcorum ænigmata à se exposita referuntur, tum alia etiam à jam citatis Autoribus non diversa commemorantur. Ænigmata Gallica & Hispanica conscripsit Alex. Sylvanus. Inter Hebræos libri ænigmatici seqventes extant: פור ישרים *Sod Jeschartm* ɔ: *Secretum rectorum*, auctore R. Juda Mutinate; חזון או ספר חזון *Chazon seu Sepher Chazon* ɔ: *visio sive liber visionis*, aut. R. Iacob. Ben Iudæ; יצירה *Jetzirah*, Liber, qvi Abrahamo Patriarchæ à nonnullis tribuitur, ab aliis verò R. Akiuæ paulò post Massoretharum tempora. Islandica qvoq; Ænigmata 30 qvæ Odinus enucleanda fertur olim Regi Danorum Heidrico proposuisse, unà cum versione Latinâ, item alia 40 Islandicè & Latinè scripta, à Cl. Wilh. Wormio hodiè possidentur.

Symbolicæ Hieroglyphicorum scientiæ prima semina ab Hebræis profecta sunt. Nam Alexander in Historiâ Judaicâ ait; Abraham in Heliopoli cum Sacerdotibus Ægyptis vixit, à qvo illi Astrologiam didicerunt, qvam se ab Henoch longa annorum successione propagatam accepisse profitebatur. Hinc credibile est cœterarum qvoq; scientiarum semina per Abrahamum sparsa, Velis Symbolorum & Ænigmatum, qvibus omnis antiqvorum sapientia adumbrata fuit, non caruisse. Accedit qvòd Deus hunc Mundum ex tot creaturarum varietate coagmentatum, qvasi Scenam, variis imaginibus distinctam primorum hominum oculis objecerit, ut per creaturas, velut per nubeculam, intermicantes Divinitatis radios intuerentur. Hinc Epictetus dixit τὰ Θεȣ̃ σύμβολα inesse animis hominũ, qvæ Deus nobis hominib⁹ per tot objectas sui species inurit.

Hieroglyphicorum origo ab Hebræis.

Primi hominum post Hebræos Ægyptii Hieroglyphicorum scientiam præter cœteros impensiùs excoluerunt, & per varias disciplinas pervagati se exqvisitis ingenii inventis nobilitarunt. Hæc n. scientia apud ipsos inter arcanas numerata est disciplinas, & paucis iisq; nobilibus Sacerdotum ingeniis celebrata, eâq; Moses apud Ægyptios ipsos imbutus fuit, cùm illum *Act.* 7. *v.* 22. eruditum omni sapientiâ Ægyptiorum Sacræ dicant Literæ: qvam rem plenius explicat Philo *in lib. de vita Moysis*; Vide etiam Clementem Alexandrinum, qvi totam hanc Sapientum & Sacerdotum Ægyptiorum seriem disertissimè tradit *Stromat lib.* 6. *pag.* 456.

Hieroglyphicorum propagatio I ad Ægyptios.

Plato in Philæbo literarum Ægyptiorum inventionem tribuit Theuto sive Taauto, qvem hujus generis primum Doctorem facit Philobiblius, qvi Sachoniatonis authoris antiqvissimi accuratissimâ, *ut ait Eusebius lib.* **1.** *de Præparat. Evangeli cap.* 11., curâ Græcè translatus est.

2 ad Græcos. Græcos postea his Ægyptiorum disciplinis excultos ingenuè fatetur Plato *in Epinomide*; nec dissimulat Orpheus *in Argonauticis*, ubi narrat se Ægyptum lustrasse hisce verbis:

Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα
Μέμφιν ἐς ἠγαθέην πελάσας, ἱεράς τε πόληας

Solon, qvoq;, *referente Proclo*, apud Ægyptios in Sai audivit Sacerdotem, nomine Partanit, qvi in Heliopoli dicebatur Oclapi, in Sebemyto verò Ethimon: à qvibus Ægyptiis non dubium est qvin hanc Symbolicam Sapientiam acceperit. Hujus qvoq; Sapientiæ vestigia in suis sententiis figuratis reliqvêre Græci Sapientes & inprimis Pythagoras, cum Œnopheum Heliopolitam Præceptorem habuisset, qvi qvam ab eo acceperat hieroglyphicorum solertiam in suis qvoq; Symbolis apud Græcos propagavit.

3 ad Æthiopes. Celebrata hæc scientia freqventiùs apud Ægyptios latè deinde in alias Gentes manavit. Æthiopum literæ variis animantibus extremitatibusq; hominum, sed præcipuè instrumentis fabrilibus persimiles fuere, teste Theodor. Bibl. hist. lib. 3. cap. 2. Scythas hac

4 ad Scythas. ænigmatū solertiâ delectatos licet conjicere ex eorum Rege Idanthura, qvi, *ut auctor est Pherecydes Syrius apud Clementem Alexandrinum*, Dario bellum minanti pro Literis misit Murem, Avem, Jaculum, Aratrum. Hanc qvoq; scribendi normam Septentrionalibus populis non fuisse ignotam discimus ex Olao Magno, qvi *lib.*1. *cap.*21. scribit: Nonnulli pro privatis computis, instar Ægyptiorum, variis animalium figuris pro literis utebantur.

5 ad Septentrionales populos.

Differentia inter Hieroglyphicum, Symbolū, Ænigma, Emblema, Parabolas, & Apologos.

Celebrantur in ista Imaginum scientia, Symbolum, Ænigma, Emblema, Apologus, Parabola, & Hieroglyphicum: qvæ inter se affinia sunt, differunt tamen nonnihil.

Symboli significatio 1

Symbolum sumitur 1. latissimè pro Nota & Signo rei animo conceptæ. Ita tesseræ hospitales, militares, theatrales, & collationes convivarum, sive collatio illa sit Annulus, sive nummus, sive cibus, vocantur Symbola. Aliàs Casaubonus lib. 3. cap. 31 reprehendens Dalecampium, qvod nullum discrimen statuerit inter συμβολὴν & σύμβολον, cum agitur de convivii Symbolo, docet qvòd συμβολὴ sit collatio eranistæ ad convivium; qvisq; enim qvod ad manum erat conferebat: Eæ partes dictæ Συμβολαὶ & convivi-

um hujusmodi ἔρανον vel δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν. Mutato verò genere Symbolum vocabant Annulum, vel qvidvis aliud Arrhæ loco solitum dari, & Sodalium, qvi jubebatur cœnam parare. Hæc Casaubonus.

2 Symbolum qvoq; hodie vocatur sententia qvædam, qvâ omnes, inprimis viri docti, utuntur partim loqvendo, partim verò scribendo; qvæ Sententia inscribitur viri jam demortui Epitaphio, qvam aliàs vivus in Albis scripsit. 2

3 In hoc argumento, qvod tractamus; propriè pro Signo rei occultæ, sive etiam, ut vult Budæus, pro similitudinibus & qvibusdam naturæ communitatibus. Hinc fit ut vox Symboli, si fusè sumatur, omnium penè similium rationem complectatur; si verò propriè, ea dicantur Symbola, qvæ rem, in qva inest aliqvid obscuritatis, figuratè significant: Unde Emblemata, Parabolæ, Apologi & alia hujusmodi possunt communi nomine appellari Symbola. 3

Hieroglyphica v. de qvibus nunc à nobis institutus est sermo, propriè sunt Imagines & Figuræ ad aliqvid significandum ex hominum arbitrio determinatæ, qvibus, literarum vice, Ægyptiorum sapientes inprimis utebantur. *Hieroglyphicorum definitio.*

Hieroglyphica scripserunt Horus Apollo, Pierius, Joa. de Monas, Joa. Georg. Horward, Baruch Loth Romelius, Hen. Schvalenberg, Gvil. Onselius, Caussinus, Kircherus, & Tho. Bangius: item Bern. Vincentius, Joa. Mercerus, & Da. Hoeschelius, qvi in Horum notas conscripsêre: qvibus addi potest la novissima iconologia del Cesare Ripa. *Hieroglyphicorum scriptores*

Symbola ediderunt Joach. Camerarius, Joa. Fungerus, Hen. Kitschius, Simon Ogerius, Laur. Pecenstenius, Nic. Reusnerus, Jacobus Typotus, Claud. Paradinus & Gab. Simeon, Maximil. Sandæus, ut & alii. Symbola variorum Principum excusa sunt Francof. 1603. in Fol. De Symbolo D. Maximiliani II. Romanor. Imperat. Dominus providebit (qvo eodem hodiè utitur Rex noster serenissimus Fridericus III.) scripti sunt duo libri à Joa. Hautschmanno. *Symbolorum scriptores. Symbolum Maximiliani II. Imp. Rom. & Friderici III. Reg. Dan.*

Emblema licèt cum qvarto genere ænigmatum in Symboli ratione conveniat, differt tamen, qvòd rem sublatis ænigmatum velis purius liqvidiusq; proponat. *Emblema.*

Emblema n. propriè est Symbolum aliqvod ingeniosum, svave, & moratum, ex Pictura & lemmate constans, qvo aliqva gravior sententia indicari solet. Si velis significare Patientiã rebus adversis illustrari, tunc depingas Cerauniã gemmã, qvã ajũt in

 lo-

locis duntaxat fulmine ictis inveniri inter fulgura, cœliq; tumultus svaviter emicantem, & addas fulmine crevit, efficies Emblema.

Emblematum scriptores. Emblemata sacra ex libris Mosis collegit Aug. Calliæus IC; è præcipuis verò utriusq; Testamenti libris compilavit Bernh. Sellius: cui adjunguntur emblemata Christiana Georgiæ Montaneæ Nobilis fœminæ Gallicæ: Profana v. nobis dederunt And. Alciatus, Jo. Sambucus, Diony. Lebeus Batilius, Levin. Hulsius, Joach. Camerarius, Georg. Camerarius, Barthol. Anulus, Theod. Cornhertius, Ott. Vænius, Hor. Flaccus, Ach. Bocchius, Nic. Taurellus, Seraphinus Ecclesianus, Joa. Cuur. Ropeius, Ant. Fayus, Dion. Leddeus, Joa. Hagius, Jac. à Bruck, Nic. Reusnerus, Hadr. Junius, Pet. Iselburg, Flor. Schoonhovius, Matth. Holtzwart, Joh. Huttenus, Joh. de Brunes IC., Petrus Rollos / Ioa. Pierius, Rich. Lubbæus, Albius Tibullus, Damasius Blienburgius, Achilles Tatius, Mar. Boxhornius, Io. Cats & alii.

Tabula Cebetis. Hisce omnibus adjungitur Tabula Cebetis, qvâ vitæ humanæ prudenter instituendæ ratio continetur, cujus diversæ extant editiones:

Tabulæ Cebetis editiones. Bononiensis Latina Anni 1497, Coloniensis Græco-Latina An. 1596, Lugdunensis Græco-Latina An. 1640.

Tabulæ Cebetis versiones Latinæ. Tabula Cebetis è Græca in Latinam lingvam conversa est à Ludov. Odaxio Patavino, Hier. Wolfio Oetingensi, Theod. Adamæo & Anonymo.

Tab. Ceb. versio Danica. Eam vero Danicam nobis dedit nobilissima & eruditissima Matrona Danica Brigitta Tott, editam Hauniæ 1661.

Tab. Ceb. paraphrasis Arabica. Paraphrasin Tabulæ Cebetis Arabicam excerpsit Iohannes Elichmannus è Codice Bibliothecæ Leidensis Arabico, ante sexcentos Annos scripto & compilato ex variis Authoribus Indicis, Persicis, Arabicis & Græcis, qvem ex Oriente retulit Orientalium in Leidensi Academia Lingvarum Professor celeberrimus Iacobus Golius. Hanc Paraphrasin Latinam fecit idem Elichmannus, qvam unà cum Paraphrasi Arabica post mortem Elichmanni edi curavit Salmasius Anno 1640.

Tab. Cebet. commentatores. Tabellam hanc notis illustraverunt Wolfius, Caselius, Anonymus qvidam, Iustus Vulsius, & Augult. Mascardus qvi in eam Italicè scripsit discursus morales editas Venetiis 1653. Elichmannus Tabulam Cebetis & ejus paraphrasin Arabicam notis & animadversionibus plurimis iisq; doctissimis illustrare cogitabat; sed præmaturo ejus obitu eas perdidimus, teste Salmasio *in Præf. ad Tab. Ceb pag.* 4.

Fabula Platonica. Cum hac Tabulâ Cebetis bellè convenit Fabula illa Platonica de

de ſortione animarum ex Eris Pamphylii narratione, *qvæ extat lib. 10. Politicorum Platonis*, qvam Ioachimus Camerarius Latinè interpretatus eſt. Innuit illa Fabula eligendam eſſe optimam vitæ rationem, qvam & jucundam & facilem redditura eſt conſvetudo. Hiſce fabulis & Cebetis & Platonis addi poſſunt ob ſimilitudinem 1 Hercules Prodici ex Xenophontis lib. ἀπομνημονευμ. Σωκράτους, continens deſcriptionem virtutis & voluptatis, qvem G. Budæus Latinè interpretatus eſt *in libello de ſtudio inſtituendo*, nec non Levenclavius: Mich. verò Neander Notis Grammaticis illuſtravit. Deſcriptionem a. hanc voluptatis & virtutis ex Xenophonte deſumptam Silius Italicus *lib. XV.* ab Hercule in Scipionem (Aphricanum minorem qvi Carthaginem delevit) tranſtulit. 2 Narratio qvæ in Luciani vitâ eſt, ad imitationem fortè Herculis Prodici conficta. 3 Dionis Chryſoſtomi Oratio I. de regno; ubi Hercules à Mercurio ducitur in montem excelſum, ibiq; ipſi puero adhuc oſtendit duas mulieres, Divam Baſileidam & Tyrannidem. 4 Qvæ recitat Nazianzenus in carminibus de ſomnio ſuo, cujus bis meminit, in qvo vidit Sanctimoniã & Temperantiã ſibi loqventes: Item Narratio Nazianzeni de tribus vitæ ordinibus, qvæ ibidem extat. 5. Qvæ Stobæus recitat *Sermon* 89. ex libris Teletis de comparatione divitiarum & virtutis, ubi virtus & Deus divitiarum inter ſe committuntur. 6. Qvæ apud Philoſtratum *lib. 6. de Vita Appollonii* ipſe Apollonius refert Ægyptiis de Philoſophia, qvæ ſibi apperuerat cum univerſis ſuis opinionibus, qvibus ſingulis ſuum qvendam ornatum & ſermonem tribuerat. 7. Hippocratis Epiſtola ad Damagetum. 8. Qvæ leguntur apud Galenum in lib. qvi ad bonas artes continet adhortationem Mercurium & Fortunam ſeqventibus. 9. Qvæ occurrunt apud Philonem Iudæum *lib.* 35. de duabus uxoribus, qvas unusqvisq; habet in ſuo contubernio ſc: Voluptate & Virtute. Apud alios qvoq; autores aliæ iſtis ſimiles narrationes reperiuntur. Svidas in Prodico ſcribit Prodicum veterem Sophiſtam librum edidiſſe, qvi inſcribitur ὧραι, in qvo finxit, Herculem virtuti & voluptati congreſſum & utraq; adhortante (voluptate otium deliciasq; offerente, virtute v. triſtitiam & Laborem promittente) tandem à virtute perſvaſum, alteram ſpreviſſe. Meminit hujus narrationis Prodici, præter Xenophontem, etiam Cicero *lib.* 1. *Officior.*; Baſilius Magnus *in Oratione, qvomodo legendi Græci autores*; Iuſtinus Martyr *Apologia I. pro Chriſtianis*; & Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Stromat.*: Nazianzenus qvoq; in lib. carminum ſuorum eam imitatus eſt.

An-

de ſortione animarum ex Eris Pamphylii narratione.

Hercules Prodici.

Narratio Luciani.

Dio. Chryſoſtomi oratio I. de Regno.

Nazianzeni ſomnium: item narratio de tribus vitæ ordinibus.

Libri Teletis.

Apollonius de Philoſophia.

Hippocratis epiſt. ad Damagetum.

Galeni liber.

Philo de duabus uxoribus.

Prodici ὧραι.

III. Ratio docendi Ethicam qvæ est ἀποδεικτική.

Ἀποδεικτική (ɔ: demonstrativa) ratio docendi, estomnium præstantissima & eruditissima, in qva non recitantur præcepta, aut exempla, sed accuratè investigantur propriæ causæ, & effectus, ac demonstrationes methodo certâ colliguntur. Hic hæc docendi ratio, à Theod. Zvingero *in præf: Schol. in Eth. Arist.* Ethologia vocatur. Hæc exqvisitior de moribus consideratio ex causis deducta, in Scholis potissimum, in qvibus Philosophi docebant, usurpari cœpit.

1. *Pythagoræ*

Pythagoras in hac accuratiore de moribus doctrinâ inprimis excelluisse intelligi potest ex fragmentis Pythagoræorum Philosophorum, qvæ Stobæi curâ ab interitu vindicata supersunt; qvi sicut omnia numeris & magna obscuritate tegebant, de moribus singularia prorsus præcepta tradiderunt. Pythagoræorum n. qvorundam veterum doctissimorum Philosophorum *sc: Hippodami, Thurii, Euriphani, Hipparchi, Archytæ Tarentini, Metopi, Cliniæ, Critonis, Poli & Theagis* fragmenta de præcipuis Philosophiæ Ethicæ capitibus (qvibus Aristotelica Philosophia non minus illustratur, qvàm confirmatur) à Ioa. Stobæo & Claud. Auberio conversa & conservata sunt; qvæ Gvil. Canterus qvoad Græcam scripturam, qvæ non leviter erat vitiata, felicissimè correxit & restituit, qvibus in locis à Conr. Gesnero non fuerat emendata, addens ad Margines varias Lectiones aliqvot, inprimis Gesneri, ut & suas emendationes. Extant qvoq; hæc fragmenta in Diog. Laërt: *edito ex Typograph. Henr. Stephan. An.* 1594. Iamblichus Chalcid. scripsit etiam libros 2, qvorum prior vitam Pythagoræ & nonnulla de Secta Pythagorica; alter Pythagoricorum commentariorum orationes complectitur.

Pythagoræorum Philosophorum fragmenta & scripta.

2. *Socratis.*

Sed cùm Pythagoræi acroamaticè suis discipulis doctrinam moralem traderent, exotericis verò præter gnomas sive aurea dicta & Symbola nihil communicarent, Socrates primus glaciem fregit, & qvi utilitati publicæ, non Sectæ alicui privatæ se natum sciebat, sua ætate non tantùm discipulis sed etiam populo Ethicam à Scholis Pythagoræorum commendare & Sermonibus exqvisitis inculcare cœpit.

Antiqviores, sc: Parmenides, Melissus, Anaxagoras, Democritus, Empedocles, Hippocrates, toti fuerunt in natura rerum excutienda; qvod patet ex Scipione Aqviliano qvi scripsit tr. de placitis Philosophorum qvi ante Aristotelis tempora floruerunt:

Socrates cur dictus καλός.

Socrates v. primus animum seriò appulit ad mores & vitam instituendam; qvi quidem fuit simus, ventricosus, cadaverosâ facie

co-

colore mustellino, unô verbô, monstrum hominis; interim tamen à Platone *in Epistol. 2. ad Dionysi:*, Athenæo *in fine Deipnos:* & Xenoph. *epist. Socratic. 15. circ. fin.* vocatur καλὸς ɔ: pulcher. Cœterùm Ficinus, Serranus, Dalecampius & alii explicant vocem καλὸν apud Platonem per virtute clarum: Leo v. Allatius *in not. ad epist. Socrat. 15.* vult Xenophontem vocasse eum καλὸν, qvòd inter formosos cum formosis versaretur, venustatis ac pulchritudinis admirator.

Qvicqvid sit, hic Socrates non solùm Delphici Oraculi testimonio, ut patet ex Epistola Socratis 15 *pag.* 38, Platone *in Apologia*, Cicerone *lib. I. Acade: Qvæst: & de Amiciti.*, Plin. *lib. 7. cap. 31. & 34.* Libanio *in apol. Socrat.* Dion. Chrys. *Orat. de fuga*, Laërtio *in vita Socra.* Valer. Maxim. *lib. 3. cap. 4. & lib. 7. cap. 2.* Themistio *Orat. 14.*, Justino Martyre *Orat. Paneg. ad Gent.*, Theodoreto *de curat. Græco. Affe. Serm. 2.*; Verùm etiam intelligentissimorum sui temporis hominum consentiente judiciô sapientissimus omnium mortalium habitus est, *ut scribunt Laërtius in Socrat. & Valer. lib. 2. cap. 8.*: qvod duabus potissimùm de causis factum esse arbitror; qvarum causarum una illa est, qvòd olim, multis sapientiam profitentibus & gloriosè jactantibus, sed specie ac professione eâ honores & lucra ingentia sibi conciliantibus, Socrates contra tantum aberat, ut tale præconium sibi faceret fieriq; vellet, ut potiùs contrà sæpè palàm profiteretur, εἰδέναι μὲν μηδὲν πλὴν τοῦτο εἰδέναι ɔ: *hoc unum se scire, qvod nihil sciret*, Altera causa, ni fallor, illa fuit, qvòd cùm alii Philosophi ferè tantùm invigilarent scientiis theoreticis, ipse Socrates id princeps curare cœpit, ut studia hominum revocaret ad mores ac vitam suam rectè conformandam in usurpatione actionum laudabilium & honestarum ad se atq; alios. Socrates igitur primus inter Græcos suô seculô Philosophiam tanqvam devocavit à cœlo, & in urbibus collocavit & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita & moribus, rebusq; bonis & malis qværere, *ut scribit Cicero lib. 5. Tuscul.* non tam ad acutè & captiosè disserendum, disputandumve, qvàm ad rectè & benè vivendum; qvi qvoq; hac de re meliùs pleráq; disseruit, qvàm Pythogoras. Thaletem itaq; naturalis Philosophiæ Principem fuisse; Socratem verò circa mores occupatum naturæ contemplationem neglexisse, Aristoteles *lib. I. Metaphys:* scriptum reliqvit.

1. [margin, beside "rum una illa est"]
2. [margin, beside "nihil sciret, Altera causa"]

Socratis Præceptores.

Præceptores habuit Damonem insignem Musicum, *de qvo Plat. in Lache. Libanius in Apologia Socratis, Plutarchus in vita Aristidis & Laërtius in Socrate scribunt*, & Connum, nobilissimum fidicinem, *Cicer. in*

Epist. ad familia., *Epistol. Socratic.* 14 *pag.* 31., & alios qvos Maximus Tyrius in unum veluti fascem collegit Dissertat. 22.

Socratis scripta.

E Socratis scriptis hodie nulla extant, nisi septem Epistolæ Græcæ inter qvas sex ultimæ scriptæ sunt ad Xenophontem, qvi ejus fuit discipulus. Hasce ejus Epistolas unà cum seqventium Socraticorum (sc: Antistenis, Aristippi, Simonis Coriaci, Xenophontis, Æschinis, Platonis & Phædr.) Epistolis primus græcè vulgavit Leo Allatius, qvi eas omnes Latinè reddidit, notis illustravit & dialogum de scriptis Socratis præfixit, easq; Româ transmisit ad Parisienses Typographos, qvi eas ediderunt in 4to An. 1637. Aliàs Socratis Liber secundus κτηλικῶν citatur à Zenobio *Centuria* 5. *Adag.* De Socrate sive de doctrina & moribus Socratis lege orationem Dan. Heinsii.

Socratis effigies.

Effigies ejus invenitur in Physiognomia Ioa. Baptistæ Italicè versa & edita Venetiis 1652. pag. 176. 240. & 252.

3. *Platonis Principis Philosopho. Academicorum.*

E Socratis Schola prodiére tandem tres illi Philosophorum summi ordines, omniumq; celeberrimi, qvorum videlicet singuli autores ipsius Socratis auditores fuerunt, vel ejus auditorum discipuli.

Primus ordo Philosophorum. Academici qvi? Gymnasia mensiatria. 1. Academia,

Primus ordo fuit Academicorum, qvorum summus Magister fuit Plato (qvem Aldus *in dedicat. Volum. V. oper. Aristot.* vocat Principem Academicorum), Socratis discipulus, è cujus doctrinâ deflectentes Arcesilaus & Lacydes, hic qvidem novæ, ille mediæ Academiæ antesignanus, nihil scire posse contenderunt. Tria n. Athenis erant Gymnasia: Academia, Lyceum & Cynosarges.

Academia (ἀκαδημία & ἀκαδήμεια, qvorum hoc extat apud Stephanum sive Hermolaum Byzantium, unde Micyllus *lib. 2. de re metr:* penultimam vocis Academiæ pro diversitate scriptionis corripi & produci posse ait) erat Gymnasium suburbanum & nemorosum ab Athenis mille passus distans, ubi Plato morabatur & docebat, *ut scribunt* Svidas, *Laertius in vita* Platon. *&* Mich. *Apostolius adag.* 31. *cent.* 2., imo tandem sepultus est, *teste Laertio.* Hinc Methridates Persa Platonis statuam in Academia locavit, *ut in prim. comment. tradit Phavorinus*, ita inscriptam: Μιθρεδάτης ὁ Ῥοδοβάτου Πέρσης, μουσαῖς εἰκόνα ἀνέθηκε Πλάτωνος, ἣν Σιλανίον ἐποίησε ɔ: *Methridates, Rodobati filius, Musis imaginem Platonis dicavit, Silanionis opus.* Academia dicta est ab Heroë nomine Academo (autore hujus Gymnasii, *ut scribit Hesychius*)

Ex hoc loco aliis etiam locis, in qvæ homines literis celebres concurrunt & disputant aut de studiis tractant, Academiæ nomen tri-

tributum est. Sic Apollonius Tyanæus, *ut de eo tradit Philostratus lib. 1. cap. 10*, jam sui juris effectus ob Patris obitum & amplum insuper patrimonium consecutus, Ægis Academiam & Lycæum instituit. Villa qvoq; ab Averno lacu Puteolos tendenti imposita littori, *ut Plinius lib. 31. cap. 2. autor est*, vocata fuit Academia à Cicerone ab exemplo Athenarum, ubi Cicero suas Academicas qvæstiones composuit.

Lyceum (λύκειον ita forte dictum à λύκειος, qvod erat cognomentum Apollinis, à λύκος ɔ: *lupus*, qvod Apollini lupus sit dicatus) fuit Athenis Gymnasium, in qvo Aristoteles docuit, Xenocrate per id tempus Academiam obtinente, compluresq; sua disciplina clarissimos in Lycæo Viros effecit, idq; tredecim annis. Lyceum fuit etiam gymnasium Ciceronis in Tusculano, à nomine Scholæ Aristotelicæ, *de qvo Cic. lib. 1. de divinat.* 14. — 4. Lyceum.

Cynosarges dictus est à κύων ɔ: *canis* & ἀργὸς ɔ: *albus*, forte qvia sine dubio Stoici in hoc Gymnasio docuêre, inter qvos fuit Diogenes Cynicus. — 5. Cynosarges.

Qvi igitur post Platonem Platonis Academiam secuti sunt, è loci vocabulo nomen habuerunt, *teste Cicerone Acad. 1. & in princ. lib. 5. de finib.* & Platonis æmuli sectatoresq;, Academici nominati sunt, *teste Svida*, (sicut Areopagitæ ab Areopago,) qvorum alii veteres alii novi dicebantur. — Academici unde dicti.

Veteres Academici numerantur à Platone ad Archesilaum: *sc*: *Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crates, Crantor* qvi in Academiâ decreta Platonis, qvædam sua tradebant, omissâ penè vetere disserendi Philosophandiq; modestiâ. — Academici Veteres qvi?

Novi verò Academici à Crantore usq; ad Ciceronis ætatem viguerunt; *sc*: *Archiselas, Lacydes, Evander, Egesinus, Carneidas, Clitomachus, Pluto, Cicero.* Hi novi Academici, Sectas illas servitutis Academiæ veteris aspernati, libertatis Scholam tenuerunt, in qva liberum esset de omnibus rebus, nullâ adhibitâ cujusq; auctoritatis persvasione, judicare. — Academici novi qvi?

Academicis novis duplex disserendi ratio proposita fuit; una de rebus propositis in contrarias partes, *qvalis est Ciceronis de finibus bonorum & malorum, de natura Deorum, de divinatione*: Altera doctrinæ cujusdam & artis via progreditur, cùm ea qvæ probabilia videntur, perpetuis præceptis explicant; *qvod disserendi genus Cicero in disputatione officiorum secutus est.* — Academicis novis duplex disserendi ratio.

Inter dialogos Platonis reperiuntur hi seqventes Ethici: Ἀπολογία Σωκράτους ɔ: *defensio Socratis*; Κρίτων ἢ περὶ πρακτοῦ, ɔ: *de eo qvod agen-* — Platonis scripta Ethica.

agendum est, seu de vera opinione, vel de justo; Φιλήβος ἢ περὶ ἡδονῆς ɔ: de voluptate sive de summo bono; Μένων ἢ περὶ ἀρετῆς ɔ: de virtute; Ἀλκιβιάδης πρῶτος ἢ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Alcibiades primus, sive, de natura hominis; Ἀλκιβιάδης δεύτερος ἢ περὶ σωφροσύνης ɔ: de voto seu humana precatione; χαρμίδης ἢ περὶ σωφροσύνης ɔ: charmides sive de temperantia vel modestia; λάχης ἢ περὶ Ἀνδρείας ɔ: Laches sive de fortitudine; λύσις ἢ περὶ φιλίας ɔ: Lysis sive de amicitia; Ἵππαρχος ἢ φιλοκερδὴς Hipparchus, sive lucri cupidus, vel de lucri cupiditate. Hisce addi possunt hi seqventes Platonis Dialogi: οἱνοθευόμενοι ɔ: qvi pro Notis habentur; περὶ δικαίου ɔ: de justo sive de justitia; περὶ ἀρετῆς εἰ διδακτόν ɔ: de virtute an doceri potest; ἐρυξίας ἢ περὶ τοῦ πλούτου ɔ: Eryxias vel de divitiis; Κλειτοφῶν ἢ προτρεπτικὸς ɔ: Clitopho vel exhortatorius; Ὅροι ɔ: definitiones; item epistolæ Platonis.

Platonis operum editiones.

Hi Dialogi & Epistolæ Platonis reperiuntur inter opera Platonis qvæ hodiè extant, qvorum seqventes sunt editiones: Aldina, Basiliensis, Lovaniensis, Lugdunensis & Stephaniana sive Serrana, *de qvibus alibi dicendum est.*

Platonis interpretes Latini.

Plato etiam habet suos interpretes Latinos, Marsilium Ficinum & Serranum.

Platonis commentatores.

Præter verborum interpretationem conati sunt multi qvoq; rebus ipsis adferre lucem. Annotationibus n. dialogos sive opera Platonis illustravére Serranus, Henr. Stephanus, Gvil. Læmarius, & ante illos Mar. Ficinus. Proclus qvoq; Plutarchi discipulus, in Platonem & Hesiodum cummentaria scripsit. Speusippus, *teste Laërtio de vit: Plato:* scripsit in librum Platonis, qvi inscribitur, περὶ δείπνου ɔ: *de cœna.* Themistius scripsit ἐξήγησιν operum Platonis, *teste Photio in Bibliotheca.* Franciscus Victorius Bergonias annotationibus omnia Platonis opera fecit clariora. Felix Accorambonus in Platonem Platonisq; sententias difficiliores notas promisit *in Epist. dedicat. ad annotat: suas in oper: Aristot.* Platonis argumenta conscripsit Mart. Micronius, qvæ cum Latinis Galeni operibus excusa sunt Basileæ 1594.

Platonicæ Philosophiæ scriptores.

De Philosophia Platonica scripserunt Alcinous, Maximus Tyrius, Mich. Boschius, Procius Lycius, Erasm: Rudingerus, Seb. Foxius, Iac. Mazonius, Albinus & Georg. Acanthius.

Platonis defensores.

Solidam luculentamq; defensionem de Platonis Philosophia, contra eos qvi Platonem putidis calumniis traducunt, conscripsére Bessarion, Joan. Sturmius; & post eos Ioan. Serranus in Præfat. ad Lector. Tom. I. oper. Platon. ferè per tot. Aliàs de Platone cautè legendo scripsit volumen Ioh. Bapt. Crispus.

Platonis vitam deſcripſére Diog. Laërtius & Auguſtinus *de Ci-vitat. Dei lib. 8 cap. 4.* De Platonis in Italiam profectione & cum Dionyſio, Siculorum Tyranno, familiaritate & gloria ſingulari ſcripſit Laërtius in ejus vita, Ælianus, Athenæus, Cicero & alii, & præſertim ipſe Plato in Epiſtolis ſuis nec non in Epiſtol. Socratic. 22. Platonis vitam qvinam ſcripſére.

Plato coætaneos habuit Hippocratem & Euclidem: Et hi tres fuere tempore Mardochei & Eſtheræ circa annum mundi 4401. *uti ſcribit Juchaſin pag. 13. & ex eo. R. David Ganz in Chronol. Sacr. & profan. pag. 175.* At ſecundum alios hic Plato vixit tempore Ieremiæ Prophetæ circa annum mundi 4300. *uti ſcribit Aben Jachaii in libro Schalſchelet Kabala pag. 101. & ex eo R. David Ganz in Chronol. Sac. & Prof. pag. 171.* Platonis coëtanei.

Plato duos habuit ſummos Sapientiæ Magiſtros Philonem Hebræum & Mercurium Trismegiſtum: qvorum prior in Chaldaica, poſterior in Ægyptiaca ſapientia Princeps fuiſſe dicitur. Qvantum ex Philone Plato fuerit edoctus, illud apud Græcos jactatum declarat proverbium, ἢ πλάτων φιλονίζει, ἢ φιλῶν πλατονίζει. Ex Mercurio autem Trismegiſto deſumptum eſſe qvicqvid in Platone admiramur, qvi antiqvorum monimenta excuſſerunt teſtes ſunt nobis locupletiſſimi. Platonis Præceptores, Philo & Mercurius Trismegiſtus.

Plato Πλάτων cognominatus eſt ab Ariſtone Argio Palæſtrita, apud qvem exercitatus fuit, propter egregium corporis habitum, qvum prius Ariſtocles ex Avi nomine vocatus eſſet, *ut in ſucceſſionibus tradit Alexander.* Sunt qvi διὰ τὴν πλατότητα τῆς ἑρμινείας ɔ: *ob orationis ubertatem & miram latitudinem*, ſic appellatum putent; ſive ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτοπον, qvod ampla fuerit fronte, *ut Neantes ſcribit, teſte Laert: de vit: Plat.* Plato unde dicitur.

Fuit & alius Plato Philoſophus Rhodius Panatſi diſcipulus, Poëta Athenienſis veteris comœdiæ, qvi circa LXXX. Olympiad. claruiſſe dicitur & ab Euſebio celebris habitus eſt. Teſte Svida compoſuit fabulas XXVIII, Athenæus tres adjicit. Galenus Platonis hujus verſus in medium adducit in ſuis ſcriptis. Citatur tum apud alios, tum inprimis apud Plutarchum in Alcibiade, Antonio & Pericle, apud Clem. Alexandrinum, Svidam, Pollucem & Athenæum. Nonnullæ hujus Platonis Comici ſententiæ reperiuntur inter qvinqvaginta Comicorum Græcorum ſententias, collectore Iacobo Hertelio. Plato alius.

Effigies Platonis extat in Phyſiognom. Ioann. Baptiſt. pag. 109 130. Platonis Effigies.

Platonis sigillum.

De Platonis sigillo ita docet Emanuel fol. 93. col. 2. אמרו כי נמצא כתוב על חותם החכם אפלטון כי המנהא עם ההרגל נמצא על כל דבר שלטון: *dicunt sigillo Platonis inventum fuisse hoc inscriptum: Consvetudinem & usum super omnes res esse Dominum.*

Secundus ordo Philosophorum.

Secundus Ordo, fuit Stoicorum (à στοᾷ: *portico ubi docebat Zeno;* dictorum), qvorum dux fuit Zeno Citticus *de qvo vide Themistii Orat. 2. & 14.* Discipulus Cratetis Thebani; qvi Crates Arcesilai etiam præceptor fuit & Diogeni Cynico successit: Diogenes a. Cynicus successit Antisteni Cynicæ Sectæ parenti, qvi Socratis fuit Auditor.

4 *Zenonis, Principis Philosophorum Stoicorum.*

Zenonis discipulus fuit Cleantes Stoicus Chrysippi (*cujus mentionem facit Epictet: in Enchir: cap. 72.*) Magister, cujus statuam admirabilem, in viri ejus honorem dedicatam, magnificentiæ Senatus Romani specimen, in ipsa Asso vidit Simplicius, *sicut fatetur in Commen. ad cap. 78. Enchir. Epictet.*

Philosophiæ Stoicæ apud Romanos penè unicus Antistes fuit Seneca.

Stoica Philosophia qvalis.

Gellius *lib. 1. cap. 2.* disciplinam Stoicam vocat sanctissimam disciplinam. Hieronymus Stoicam disciplinam simillimam dicit Christianæ Religioni. Paulum Apostolum fuisse Sectâ Pharisæum, ex ipso scimus: Pharisæos autem cum Stoicis, qvoad opinionem de moribus, in plurimis convenisse Iosephus testatur. Dan. Heinsius *in Præfation. ad Enchirid. Epictet.* ponit Epictetum inter Sapientiæ Professores. Professores verò Sapientiæ vocat Salmasius *in Præf. ad Simplic. Enchir. Epictet.* Stoicos, qvos ibidem appellat Sapientiæ (*subintellige humanæ*) Magistros: Nam ut Apostoli & Prophetæ sunt divinæ sapientiæ Professores & Magistri; sic Stoici verè proclamari possunt humanæ sapientiæ Professores. Hominem in Schola Christi natum & educatum cruciare potest lectio scriptorum Stoicorum, cùm videat se vitiis scatere, seq; hominem meliore Christi disciplina imbutum, ea amare qvæ Stoici, homines Christi ignari, & solo naturali lumine præditi, tantoperè aversati sunt, qvi non solùm contenti fuerunt vitiorum intra se concepisse odium, verùm etiam vitia odiosa aliis ac invisa reddere efficacissimis suis scriptis tentaverunt, *qva de re legi potest Plutarchus in tr. qvo describit Stoicos ut ad mirabiliora locutos, qvàm Poëtas: Item Lucanus lib. 2. de Catone Uticensi, Stoicæ Philosophiæ Studioso.*

Stoicæ Philosophiæ scriptores.

De Stoica Philosophia scripserunt Dan. Heinsius, Just. Lipsius & Casp. Scioppius.

Ter-

Tertius fuit Peripateticorum, qvorum Coriphæus extitit Aristoteles, Platonis qvidem per viginti annos discipulus, sed qvi prius Socratis per triennium integrum auditor fuerat, *teste Philopono de vita Aristotelis*. Tertius Ordo Philosophorum.

Aristoteles verò inambulans plerumq; docebat auditorum turbâ circumfusus, ex qvo ipse, sectatoresq; ejus Peripatetici Philosophi nuncupati sunt, *teste Gvarino Veronens de vit. Aristot.* Sunt qvi tradunt Aristotelem elegisse περίπατον *deambulatorium*, qvod in Lyceo erat & illic usq; ad horam, qvæ Unctori erat dicata, deambulando cum discipulis Philosophari solitum. Itaq; ut Academici & Stoici à loco sunt dicti, sic etiam Peripatetici de loco ipso cognomentum susceperunt, *teste Gvarino & Laertio de vit. Arist.* 5. *Aristotelis Principis Philosophorum Peripateticorum.* Peripatetici unde dicti.

Est verò Secta Peripatetica ex uno præsertim Aristotele tanqvam ex Principe æstimanda; ac perdiscenda tum ex Theophrasto (*cui Aristoteles Scholam reliqvit teste Strabone lib.13*) Alexandro Aphrodisiensi, Themistio, Averroë (qvi κατ' ἐξοχὴν dictus est commentator), D. Thoma, Simplicio, Philopono, Cæsare Scaligero, tum ex aliis primæ notæ interpretibus. Aristotelici sive Peripatetici scriptores.

Aristoteles (qvi inter omnes Platonis discipulos maximè excelluit *teste Xenophonte, Laertio & D. Augustino*), sicut in cœteris Philosophiæ partibus, ita etiam in Ethica doctrina tradenda exqvisitissima methodo totam de virtutibus doctrinam ex veris fontibus haustam inclusit qvi divino ingenio & admirabili methodo aliorum inventa examinavit, correxit, excoluit, præcepta hinc inde sparsa ex publicis tabulis, ex trivialibus Statuis, ex Epigrammatis, ex Scholis deniq & scriptis Philosophorum in unum veluti corpus & qvasi systema collegit & redegit, animâq; donavit, ordine sc: & methodo, ut porrò ex causis Philosophia Practica doceri posset & cognosci. Aristoteles qvid in Ethica doctrina præstitit.

Duas maximas res ad Socratis & Platonis inventa de suo addidit; primùm qvòd, ut jam dictum est, sagacissimè illa, qvæ Plato disiecta proposuerat, convocavit in ordinem: deinde qvòd, qvæ aliter qvàm pro usu vitæ humanæ vel Plato vel Socrates tradiderant, correxit feliciter, ad usumq; vitæ humanæ accommodavit. Aristoteles duas res addidit ad Socratis & Platonis inventa.

Platonis v. & Aristotelis capita Ethicæ in qvibus tum inter se, tum verò qvàm maximè cum Religione nostra consentire, & dissentire videntur, attingit Th. Zvingerus *in Præfat. ad Ethic. Aristot. pag. 11 lin. 21. ab ultima*, diductiúsq; explicat in præfàtione ad opera Catenei *pag. 3 lin. 27. ad pag. 5. & 6.* Aliàs Simplicius, *teste Gesnero in suâ Bibliothecâ*, Platonem contra Aristotelem in suis scri- Aristotelis & Platonis Ethicæ convenientia & differentia in Religione Christiana.

ptis

ptis defendit aut saltem conciliare nititur, aut differentias opinionum simpliciter ostendit. Post Simplicium præcipuarum controversiarum Aristotelis & Platonis conciliationem scripsit Gab. Buratellus, sicut Platonicæ & Aristotelicæ Philosophiæ differentiam ediderunt Bernardinus Donatus & Geor. Gemistius.

Aristotelis Præceptores tres: Proxenus, Socrates & Plato.

Habuit Aristoteles hosce tres Præceptores, in Patria Proxenum Atarnensem; Athenis verò Socratem & Platonem.

Aristoteles unde dicitur.

Aristoteles Ἀριστοτέλης appellatur qvasi ἄριστον τέλος, qvia egregiè de fine optimo sive beatitudine humana Philosophatur in libris Ethicorum ad Nicomachum, Magnorum Moralium & alibi passim.

Aristotelis vitam qvi Græcè scripsére.

Vitam hujus Aristotelis Græcè scripsit Dio. Laërtius, qvi ex undeqvadraginta autoribus vetustissimis vitam Aristotelis diligenter conscripsit: Præter Diogenem vitam Aristotelis nobis brevissimè dederunt Joa. Grammaticus & Philoponus Alexand (*ut volunt Prosperus Cyriacus, Aldus & Bagolinus*) sive Ammonius (*ut vult Gvil. du Val* In vitam Aristotelis notas scripsit Joan. Munnetius, qvi in ea magnam esse ἀνιστορησίαν tradit. Hermippus qvoq;, *teste Laërtio de vita Aristot.* scripsit Librum de Aristotele. Nonnulla etiam de eo scripsere Timotheus Atheniensis *in libro de vitis*, Demetrius Magnes *in libris de Poëtis scriptoribus æqvivocis*, Aristippus *de antiqvis deliciis*, Phavorinus *in omnigena historia*, Eumolus *in libr. 5. Historiarum*, Apollodorus *in Chronicis*, Theocritus Chius & Timon, *teste Laërt. in Vit. Aristot.* Dionys. Halicarnasseus, Strabo *de libris Aristotelis*, Plutarchus *in Sylla*.

Aristotelis vitam qvi Latinè scripserunt.

Latinè verò vitam Aristotelis elegantissimè descripserunt Patricius *lib. 1. Tom. prim. dis. Peripatet.*, Gvarinus Veronensis, & Gvilh du Vall. *in synopsi analytica doctr. Peripatet. in præfat. dissert. XI.*

Aristotelis effigies.

Effigies Aristotelis videri potest in Eustratii explanationibus in Ethicam Aristot. Latinitate donatis à Feliciano; item è Bibliotheca Lugduno-Batavâ in Paraphrasi Ethicorum Aristotelis incerto Autore, editâ à Dan. Heinsio; nec non in Titulo operum Aristot., Gvil. du Val.; ut & in Physiogno. Jo. Bapt. Italicè scripta & editâ Venetiis Anno 1652. pag. 331. Tandem ex antiqvo marmore Joan. Rhodii Dani, Viri celeberrimi & eruditissimi (qvi Patavii Anno 1659. 24 Febr. diem suum obiit) Joa. Georgius effigiem Aristotelis delineavit & sculpsit, cum inscriptione ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

Aristoteles alius cognomento Rhodius.

Fuit qvoq; alius Aristoteles cognomento Rhodius, de qvo Aristoteles *lib. 2. Oeconom.* scribit, qvi Phocæam imperio obtinuit.

Ali-

Aliàs Laertius *de vita Ariſtot. in fine* recenſet octo, qvi Ariſtotelis nomine vocati ſunt; inter qvos primus eſt noſter Stagirita.

Alii octo qvi Ariſtotelis nomine vocati ſunt.

Operum Ariſtotelis editionem accuratam præclari aliqvot viri promiſerunt; verùm partim nonnullorum cunctatione, partim aliorum timiditate factum eſt, ut intra octogeſimum annum Ariſtoteles nec in Italia, nec in Gallia, nec in Germania, Græcè ſit editus, ac vix ii libri, qvi præ cœteris teri in Scholis ſolent, inveniri potuerint. Tandem And. Wechelii hæredes, Typographi Francofurtenſes, de perſeqvendâ Ariſtotelis editione conſilium ceperunt, cujus rei cura ab ipſis devoluta fuit ad Frid. Sylburgium qvi optimam ipſis operam præſtitit.

Ariſtotelis operum editio.

Ariſtoteles ſuam Bibliothecam Theophraſto ſuo diſcipulo ſive auditori tradidit, qvam unà cum Theophraſti Bibliotheca ſucceſſione nactus eſt Neleus, Scepſius Socraticus, Coriſci Socratici filius, auditor Ariſtotelis & Theophraſti. Hic libros Scepſin translatos poſteris ſuis reliqvit, à cujus hærede ad rudes & ſordidos homines pervenerunt, qvi incuriosè poſitos ſub clavibus retinuerunt; & cùm Attalicorum Regum, qvibus Scepſis parebat, ſtudium intellexiſſent, conqvirentium libros ad inſtituendam Pergami Bibliothecam, ſuos ſub terra in foſſa qvadam occultaverunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos, tandem qvi ex ea erant ſtirpe Ariſtotelis & Theophraſti libros magnâ pecuniâ Apelliconti Tejo vendiderunt, qvi eroſarum particularum qværens inſtaurationem, libros in nova tranſtulit exemplaria lacunas non rectè implens, ediditq; libros mendorum plenos, *teſte Strabone lib.* 13. Sylla à morte Apellicontis, cùm Athenas cepiſſet, Apellicontis Teji Bibliothecam ſibi exemit, in qva pleriq; Ariſtotelis & Theophraſti habebantur libri, eô tempore planè vulgo incogniti. Tandem fertur, Bibliothecâ Romam perlatâ, Tyrannionem Grammaticum, hominem Ariſtotelis ſtudioſum, pleroſq; Ariſtotelis libros compilaſſe & Andronicum Rhodium à Tyrannione adeptum exemplaria in medium protuliſſe & ediediſſe ea qvæ hodie circumferuntur volumina. In Bibliothecâ à Ptolomæo Philadelpho in Ægypto inſtructâ etiam repertos fuiſſe Ariſtotelis libros non dubitat Jac. Carpentarius *in Præf. ad libros Ariſt. de divin. ſap ſecundum Ægyptios.* Cæterùm ante Apellicontis Teji & Rhodii tempora non fuiſſe edita opera Ariſtotelis & Theophraſti apparet tum ex jam dictis, tum qvoq; non ſolùm ex Strabone *libro ſupra allegato*, verùm etiam à Plutarcho *in Sylla* ubi fatetur paucos accuratè legiſſe libros Ariſtotelis & Theophraſti, idq; qvòd hi à Nelei hærede ad ineruditos & ſordidos ho-

Ariſtotelis Bibliotheca.

mines pervenissent. Aliàs ab Anamonico Aristotelis libri sunt publicati eô tempore, qvô vixit Cicero.

Aristotelis oper. editio. 1. Aldina.

Inter varias Operum Aristotelis editiones optimæ sunt hæ seqventes. 1. Editio merè Græca Aldi Pii Manutii Romani, è cujus Typographia Aristoteles ut doctrinâ primus, ita primò impressus prodiit emendatissimus in Folio, constans qvinq; Voluminibus editis Venetiis An. Chr. M. III. D. Libris Aristotelis addidit Aldus Theophrasti libros, qvi colligendis corrigendisq; accuratè omnibus Aristotelis & Theophrasti operibus nulli pepercit impensæ, ita ut tandem pleraq; omnia Aristotelis & Theophrasti excusa typis suis nobis & posteris reliqverit. Aristotelis verò opera, qvæ in ea editione legenda nobis dedit, multùm certè elaboravit, ut tum qværendis optimis & antiqvis libris atq; eadem in re multiplicibus, tum etiam conferendis castigandisq; exemplaribus, in manus hominum venirent emendatissima. Id ita sit nec ne, sunt Aldo gravissimi testes in tota fere Italia & præcipuè Venetiis Thom. Anglicus, Gabriel Brassicellæ natus, & Justinus Corcyræus, viri eruditissimi. Sunt etiam alii testes qvorum mentionem nunc faciam. Ferrariæ eodem tempore vixére Nic. Leonicenus, & Laur. Majolus, qvorum alter optimus, & incomparabilis Philosophus, librorum Aristotelis qvos ipse habuit Aldo copiam fecit; alter præstanti vir ingeniô & maturô judiciô, atq; omnibus bonis artibus præditus, omnes propè Aristotelis libros summâ curâ summoq; studio contulit cum libris Leoniceni rogatu Aldi. In hac præterea editione, ut in aliis aliorum Græcorum autorum editionibus, complures coadjutores Viros doctissimos habuit qvorum auxiliô Libri Aldi exivére in manus hominum emendatissimi. Inter qvos ipse Aldus numerat Alex. Bondinum, Artium & Medicinæ Doctorem egregium ac doctissimum literarum Græcarum. Hoc Aldi studium opibus adjuvit Albertus Pius Princeps Carporum, qvem à teneris ungviculis Aldus educavit, & cui opera Aristotelis à se edita dicavit, *ut patet ex dedicat. Volum. 2, oper. Arist.*, item ex Andreæ Asulani *præf. ad com. Simplicii in lib. Aristotel. de cœlo.* Habuit adhuc alios Coætaneos viros doctissimos & celeberrimos, sc: Picum Mirandulanum, Avunculum Alberti Pii Principis Carpensis, Hermolaum Barbarum & Angelum Politianum.

Aldi testes. — Aldi coadjutores. — Aldi coætanei.

Aldinarum editionum varia genera.

Hæc operum Aristotelis editio est ipsius Aldi. Editiones n. Aldi sunt vel 1. ipsius Aldi, qvales sunt omnes, qvæ ex ejus typographia prodiére ad Annum ferè 1514. 2. Herculis Gyrlandi; 3. Andreæ Asulani; 4. Franci. Asulani; 5. Victoris Trincavelli

li Medici. 6. Pauli Manutii Aldi filii, *cui debemus Eustratium, Mich. Ephesium & Aspasium in Nichomachea Aristotelis.* 7. Friderici Turresani, sive de Turrisanis. 8. Aldi Manutii, qvi fuit Pauli Manutii filius, Aldi Nepos,& edidit Nicolai Clenardi institutiones lingvæ Græcæ Anno 1578: in qvo libro effigies Aldi senioris videtur. Aldi senioris effigies.

2. Editio Latina Veneta cum Commentariis Averrois. Hanc merè Latinam editionem ex commentariis Averrois & Levi Gersonidis in lucem emittere destinavit Joa. Bapt. Bagolinus, qvi in eum finem varia qvidem exemplaria Aristotelis interpretum undiq; conqvisivit, ex qvibus omnibus Theod. Gazam elegit, Nic. Tomæum, Gevallam, Alex. Chamaillardum, Leon. Aretinum, Bern. Donatum, Ge. Trapezuntium, Fran. Philelphum, Alex. Pacium, Bessarionem, Gvil. Budæum, Sim. Portium, Dominicum Montesavium, Juli. Martianum Rotam, Joannemq; Bern. Felicianum, viros omnes egregios; omisit a. Argyropilum, hoc tamen nomine qvòd eum Paraphrasten potiùs qvàm interpretem crederet; castigavit nonnullas depravatas translationes librorum nonnullorum Physicorum, atq; alias super aliis libris editiones; Invenit ignotos antea libros, qvos in Latinum sermonem referendos curavit, indistinctos in capita sejunxit, qvicqvid in illius capitibus ageretur patefecit; loco eorum qvæ prius erant, alia vel plura vel pauciora, pro ut sibi rectius videbatur, capita constituit; in cujus libri initio breves qvasdam summas intentionem explicantes apposuit, nonnulla etiam in marginibus Scholia, qvæ prius non aderant, statuit; mirum etiam novumq; ordinem librorum Aristotelis, tum Aristotelis autoritate, tum ratione nixus excogitavit, qvi librorum ordo non retinetur à Gvilh. du Vall. in Parisiensi editione, verùm alius ibi habetur, ut patet ex collatione duarum illarum editionum. Sed eô mortuô ea in lucem edidit Marcus de Odis Patavinus impensis atq; typis Tho. & Joa. Mariæ fratrum Junctæ Venetiis 1552. in fol. in XI. Voluminibus distincta, qvæ postmodum edita sunt in 8vo Venetiis 1560, item 1562; & tandem 1575, unà cum indice sub titulo Tabulæ Zimariæ super Aristotelem & Averroem. 2. Veneta cum Commentariis Averrois.

Est adhuc alia editio Latina Operum Aristotelis sc: Basiliensis. Joannes n. Hervagus, vir præter cæteras virtutes antiqvitatis prudens admirator atq; ad antiqvorum monumenta restituenda in lucemq; proferenda mirificè propensus, opera Aristotelis edere destinavit, usus operâ & consilio viri doctiss. Prosperi Cyriaci, qvi ex Latinis interpretibus hos seqventes selegit (sc: Joac. Perionium, Basiliensis sive Hervagiana Aristotelis Interpretes Latini.

Nic. Grouchium, M. Antonium Majoragium, Franc. Philelphum, Pet. Victorium, Leonar. Aretinum, Vitum Amerpachium, Jacob. Fabrum Stapulensem, Alexand. Chamaillardum, Pet. Alcyonium, Theod. Gazam, Sim. Portium, Nic. Leonicenum) librosq; aliqvot nunqvam antea editos adjecit, non magnos qvidem illos, sed alicujus tamen momenti: Præterea in ordinem novum & naturalem libros Aristotelis digessit, librosq; in capita divisit, collectis undiq; eruditorum virorum (sc: Ange. Politani, Raphae. Volaterrani, Ni. Grouchii, Franc. Philelphi, Pet. Victorii, Joac. Perionii, Simplicii, Philoponi, Alexandri, Nicolai Leonici,) argumentis novisq; additis. Hanc igitur editionem habemus in Folio Basileæ ex officina Hervagiana Anno 1563.

3. Lugdunensis sive Casauboni.

3. Editio Græco-Latina Lugdunensis in Fol. ex Bibliotheca Isaaci Casauboni Ann. M. D. XC. Est adhuc alia editio Græco-Latina Lugdnnensis in Fol. Ann. M. D. C. V. qvâ usus est Gvilh. du Vall. in sua editione operum Aristotelis.

4. Parisiensis sive Gvilhelmi du Val.

4. Editio Græco-Latina Parisiensis cum commentariis & synopsi Analytica doctrinæ Peripateticæ Antonii Stephani, constans 2. voluminibus, in qvibus hi operum Aristotelis interpretes Latini continentur: sc: Julius Pacius à Beriga, Joan. Argyropilus, Franc. Vatablus, Gvil. Budæus, Nic. Leonicus, Theod. Gaza, Jul. Cæsar Scaliger, Adr. Turnebus, Cælius Calcagninus, Julius Martianus Rota, Jac. Scheckius, Joan. Bernardus Felicianus, Dio. Lambinus, Geor. Valla, Simon Grynæus, Ioach. Camerarius, Anton. Riccobonus, Franc. Philelphus, Bessarion, & Iac. Carpentarius. Præter horum Interpretum versiones Latinas, nec non varias lectiones in margine scriptas, varii tractatus reperiuntur, qvi nec in Aldi nec in Prosperi editione occurrunt.

Fatetur Isa. Casaubonus *in Præf. ad Opera Aristot.*, qvòd Patrum memoriâ fuerit in Anglia à tribus viris, Latomero, Stocinio, & Thoma Linacro institutum ut ad illustrandam Aristotelis Philosophiam & vertendos denuò ejus libros societatem jucundissimi & fructuosissimi laboris inirent, sed irritô conatu.

Henr. Stephanus *in Præf. ad I. Tom. Operum Platonis* promisit etiam suos in edendo post Platonem Aristotele conatus.

Aristotelis commentatores Græci. Aristotelis Commentatores Græci & Latini.

Græci commentatores sunt Ammonius, Simplicius, Porphyrius, Alex. Aphrodisæus, Philoponus, Mich. Ephesius, Eustratius & Themistius paraphrastes; Aliàs Catalogum & Græcorum & Latinorum Commentatorum Aristotelis ex Gesneri Bibliothecâ collegit Paschalis Gallus, cujus collectanea auxit Gvilhelmus du Val. no-

nobisq; insignem & veterum & recentiorum commentatorum Aristotelis Catalogum ordine alphabeticô digestum dedit, qvô ante indicem rerum & verborum opera Aristotelis à se edita clausit. Hisce addi debet Felix Accorambonus, qvi in omnia Aristotelis opera eruditissimam scripsit explanationem editam Romæ in Folio 1604.

Inter edita Aristotelis opera, Aristoteles qvonam modo se qvisq; optimè regat, triplici editione docet; nempe libris Ethicorum Nicomacheorum, Ethicorum Magnorum, Ethicorum ad Eudemium; qvibus addi debet liber de virtutibus & vitiis. Aristotelis scripta Ethica qvatuor.

Libri Ethicorum Nicomacheorum Aristotelis sunt decem: qvorum primus, omnium interpretum consensu, est difficillimus. Libri sua habent capita; qvæ tamen divisio non est antiqva. I. Nicomachea & eorum methodus accidentalis.

Titulus sive Inscriptio libri, ut in vetustissimis exemplaribus reperitur, talis esse apparet. Ἀριστοτέλους ἠθικὰ Νικομάχεια, i: *Aristotelis moralia Nicomachea*: In recentioribus exemplaribus additur nomini Aristotelis Stagirites: qvo qvidem Titulo 1. Autor libri, 2. Materies libri, & 3. cujus gratiâ est scriptus, significatur. Stagirites verò nuncupatur Aristoteles à Patria urbeq; Stagira. Nicomacheorum inscriptio.

Moralia appellari ob id manifestissimè constat, qvia hæc doctrina nostros instruit mores; & hominem secundum rectam rationem vivere docet. Ἠθικὸν esse verum hujus operis indicem confirmari potest tum ex libris veteribus, tum ex interpretibus, tum ex rebus ipsis (de moribus enim in toto opere agitur) tum deniq; ex ipso Aristot. qvi *lib. 7. Politicorum cap. 13. & alibi passim* hunc titulum agnoscit.

Nicomachea dicuntur à Nicomacho filio Aristotelis: de qvo Eusebius *lib. 15. Præparation. Evangel.* qvædam ex Aristotele repetit. Aristoteles v. hunc suum filium vocavit Nicomachum, sine dubio in renovationem memoriæ sui Patris & Avi. Nam ut Nicomachus erat filius Aristotelis, ita Aristoteles fuit filius Nicomachi, qvi Nicomachus Pater Aristotelis à Nicomacho filio Machaonis filii Æsculapii originem duxit, *teste Laertio, Gvarino, & Philopono.* Alius adhuc fuit Nicomachus Gerasenus Pythagoricus, priscæ Pythagoricorum Musicæ autor unicus, autor non tantùm magnæ vetustatis, sed & ab omnibus seculis autoritatis summæ. Hujus Enchiridion à se Latinè redditum inter septem antiqvæ Musicæ scriptores edidit Marc. Meibomius: Cujus etiam Arithmetica (qvæ hodie non extat edita, in qvam Commentarium scripsit Jamblichus) MS. apud prædictum Meibomium custoditur. Sic qvoq; Cicero li- Nicomachea dicuntur à Nicomacho filio Aristotelis. Qvatuor verò nomine Nicomachi insignitilegun-tur.

libros de officiis Marco filio scripsit, & Basilius Imperator scripsit paræneses sive capitula moralia ad Leonem filium suum.

Sunt nonnulli qvi tradunt Aristotelem libros illos decem Ethicorum misisse ad Nicomachum qvendam Amicum suum, *teste Camerario in Prœm. explicat. Ethicor.*; secundum alios additum est *Νικομάχειον* non ab Aristotele sed ab aliis, ut distingverentur hi libri Aristotelis à reliqvis Aristotelicis Ethicis, sc: Eudemiis & Magnis; sive *ut Cicero in 2. Orat. & aliij*, qvòd non Aristotelis sed Nicomachi Aristotelis filii viderentur esse. Alii putant Nicomachum filium Aristotelis hosce Libros conscripsisse, qvasi à Patre doctrinam priùs acceperit, postea ipse collegerit, ac in unum volumen redegerit.

Aristotelis autem esse libros non solùm urgent Veteres interpretes Græci & Latini, nec non Acciajolus, Giphanius, Camerarius, Zvingerus, Piccolomineus, Riccobonus, Simplicius, Al. Aphrodisæus, Eustatius, Aspasius, Trygophorus & alii viri sapientiâ illustres, qvod idem Plutarchi testimonium evincit; Verùm etiam Peripatetici & Platonici feré omnes fatentur: imo ipse qvoq; Aristoteles hujus operis qvibusdam in locis & in Politicis (qvæ ab omnib⁹ Aristoteli tribuuntur) ut proprii meminit *lib. 7. Polit. cap. 13.*

Nicomacheorum methodus essentialis.

De methodo qva usus est Aristoteles in Nicomacheis (prætermissis ea de re aliorum sententiis) Acciajolus *in prœm. ad Eth. Arist.* & Simon Simonius *in Ethic. Aristot.* volunt esse partim Analyticam, partim demonstrativam non à priori sed à posteriori.

Nicomacheorum editio Græca.

Aristotelis ad Nicomachum Græcum contextum ex doctissimis virorum Petr. Victorii, Adria. Turnebi & Dio. Lambini castigationibus correctissimum nobis dedit Theod. Zvingerus *inter annotationes in Ethicam Aristotelis.* Ante Zvingerum libros hosce typis Regiis aliqvantò emendatiores edidit Turnebus, partim ex Petri Victorii observationibus, partim ex vetustis aliqvot exemplaribus.

Nicomacheorum Veteres ac recentiores interpretes Latini.

Nicomacheorum versio antiqva.

Libri ad Nicomachum conversi sunt de Græco in sermonem Latinum ab Argyropilo, Aretino, Ficentino qvodam, Feliciano, Perionio, Turnebo, Gruchio, Lambino, Bergio, Strigelio, Giphanio, Bilio, Victorio & Riccobono. Præter hasce versiones est antiqva qvædam versio per capita & numeros, qvam vacant aliàs veterem: Hanc & Argyropili nec non Leonardi versiones uno Volumine comprehensas & diligentissimè recognitas habemus studiô & operâ Jacobi Stapulensis, sumptibus vero & diligentiâ Henrici Stephani. Sunt qvi aliqvot tantùm libros verterunt sc: Muretus, Petrus Martyr, Simonius & Camerarius.

In

In lingvam Hebræam conversi sunt à R. Magno Don. Meir, Medico Regis Castiliensis in Hispania, idq; Anno mundi 6165: Anno v. Christi 1405, secundum R. David Ganz *in Chron. sacr. & Prof. pag.* 147., qvem librum Buxtorfius & Morinus sæpius citant, utpote qvi res accuratiùs describit, qvàm cœteri Hebræorum Chronologi: Hanc v. versionem Hebraicam postea commentariô illustravit R. Joseph Ben-Schem Tof, *teste Joan. Plantavitio in Bibl. sua Rabbi. pag.* 589. *nu.* 324. Nicomacheorum versio Hebræa.

Italico sermone vidit Ob. Giphanius duas versiones: alteram Figucii paraphrasticam, alteram Florentini cujusdam ad verbum. Nicomacheorum versiones Italicæ.

Aliàs Felix Figlinecius scripsit de Philosophia morali tr. in lib. 10. Aristot. Italicè, *teste Gvilh. du Val. in indice autorum &c.*

Alii, qvi Aristotelem olim sunt interpretati, aliam viam & rationem sunt secuti. Qvod igitur olim Themistius Euphrades in 8. libros Aristotelis de auscultatione, & in tres de Anima, & alios nonnullos fecit, idem in decem libros Aristotelis Nicomacheos præstitit Paraphrastes Græcus Andronicus Rhodius, à Dan. Heinsio inventus, editus Lugduni Batavorum Anno 1607. in 4to & Mstus in Bibliotheca publica Lugduno Batava iterum repositus; cujus tanta est perspicuitas, tanta in hoc interpretationis genere simplicitas, tam accommodata rebus ipsis ἑρμηνεία & Sermonis proprietas, ut metuendum sit, ne nos satis intricati esse videamur illis, qvi in obscuritate Aristotelica spem omnem reponunt. Postea editus est hic paraphrastes à prædicto Heinsio Lugduni Batavorum 1617. in 8vo. Paraphrasin in Ethicam Aristotelis scripserunt Georg. Pachymerius, Jac. Faber Stapulensis, Heliodorus, Prusensis, *teste Gvil. du Val. in Indice Auctor.* Cœlius qvoq; Calcagninus Paraphrasin primi libri emisit, & Joannes Corata Cuzenus Imperator Constantinopolitanus scripsit Græcam Paraphrasin in 5. libros Ethicorum Atistotelis. Erasmus Rudigerus, Gener Joach. Camerarii, Libros Ethicos Aristotelis accutatissimâ Paraphrasi persecutus est, *teste Jacobo Monav in præf: ad Ethic. Arist. Vict. Strigelii pag.* 29. *lin.* 6. *ab ult.* Nicomacheorum Paraphrasis Græca.

Alii nudam & meram sententiam Aristotelis diligenter exqvisiverunt & indicârunt. Aristoteles qvanqvam in doctrinarum dispositione mirè doctus, pressior tamen ac difficilior videbatur, ideoq; diu non ille qvidem contemptus est, sed & obscurus & inaccessus ac hisce indigens delituit. Verùm simul ac ambitiosa & inutilis illa sublimium verborum pompa subsedit, & diligentiùs cœpit res ipsa perpendi, aliqvot seculis post Eudemium & Theophrastum Nicomacheorum Commentatores 1. Græci.

Ari-

Aristotelis Sectatores, Alex. Aphrodisæus, apprimè subtilis & ingeniosus interpres, temporibus Severi & Antonii in tantum honorem Peripateticam doctrinam & sententias Aristotelis adduxit, ut tum primùm solo Philosophi nomine Aristoteles vocari cœperit: qvem certatim secuti Ammonius Alexandrinus, Themistius, Simplicius, Philoponus & Olympiodorus, omnes ingenii nervos eò intenderunt, ut Aristotelem suis commentariis redderent clariorem, qvod ex parte longè maxima præstiterunt. Qvod igitur Porphyrius Tyrias *editô in Categorias libellô*, Ammonius Alexandrinus (*qvem ex Aristotel. interpretibus omnes admirantur, qvoniam veterem Academiam cum nova contulit, & in ipso Aristotele Platonis mysteria latere ostendit*), Herminius, Alexander Aphrodisæus, aliiq; complures, in varios Aristotelis libros fecêre; Idem in hosce Nicomacheos fecerunt 1. Græcè Eustratius, Aspasius, Mich. Ephesius nonnulliq; alii Græci insignes Peripatetici, item Themistius: 2. Latinè Acciajolus, Ob. Giphanius, Th. Zvingerus, Be. Senensis, Gva. Burleus, Chry. Javellus Ger. Odonis, Gvil. Becchus, Jac. Schegkius, Joa. Bacconrorpe, Jodocus Glichthoneus, Joa. Dedecus, Joa. Erigena, Joa. de Fabriano, Joa. Witthon, Augustus Michael Schotus Mathematicus cognomine, Mich. Angrianus, Nic. Cisnerus Masbachius, Nic. Dorbellus aliàs Orbaus, Otto Casmannus, Pet. de Vena, Pet. de Scura, Pet. Martyr. And. Hyperius, Pet. Tartoretus, Pet. Victorius, Phil. Melanchthon, Rob. Chrouche sive Cruccius Rug. Bachon, Hen. de Frimaria, Tho. de Aqvina, Audo. Talæus, Pet. Gilkenius, Joach. Camerarius, Dion. Lambinus, Jac. Faber Stapulensis, Felix Accorambonus, Anto. Muretus, Evar. Brerevood, Andr. Aidius, Læl. Peregrinus, Rob. Balforeus, Tarqvin. Gallutius, Henr. Loen, Virgil. Wellendorffer, Anto. Riccobonus, Pet. Victorius, Simon Simonius, Figliuccius, Albert. Magnus, Victo. Strigelius, & Nannus Staurienfis. Hen. qvoq; Gorcomius scripsit Comment. MSS non solùm in Physic. Aristot. verùm etiam in Libros Eth. ejusdem: Commentaria in X. lib. Arist. Nicoma. paulò ante mortem prelo destinavit Matth. Bergius, qvæ Conr. Rittershusius nobis promisit, sed necdum ea habemus. Franc. Cataneus Diatetius Aristotel. Ethicos libros Florentiæ publicè interpretatus est, *qvod ejus præfatio in libros Aristot. de Moribus satis indicat*; Ejus tamen commentarii ad nos non pervenerunt. Analysin librorum Ethicorum Aristotel. pollicitus est Joa. à Felde *in Præf. ad analys. librorum Politicorum Arist.* sed eam necdum vidi. Kyriacus Stroza Patricius Florentinus Orationes sive introductiones in qvatuor Ethicorum Aristot. libros scripsit.

2. Latini.

3. Ara-

3. Arabicè Averroes (vel, ut ab aliis nominatur, Aboolit Ben-roist), & Avu Chemed. 3. Arabici.

Averrois (qvi floruit circa Annum Ch. 1140.) Commentarii Arabici in lingvam Hebræam traducti nunqvam in lucem editi sunt, sed MS. extant in Bibliothecâ Hebraicâ Joa. Plantavitii, *teste Plantavitio in Bibl. Rabb. pag.* 548. *nu.* 10.

Avu Chemed insignis fuit apud Arabes Philosophus, qvi scripsit in Aristotelem amplum & celebrem commentarium, qvem longo pòst tempore R. Moses Ben-Tabbon Hebraicè traduxit, *ut scribit Plantavitius in Bibli. Rabb. pag.* 547.

In Ethicam Aristotelis discursus morales Italicè conscripsit And. Chioccus, editos Veronæ in 4to. 1612. 4. Italici.

Alii summa capita rerum, qvæ in Aristotele tractantur, enumeraverunt, eosq; Summistas vocârunt. Ita Nicomachea Aristotel., præter Zvingerum & Victorinum Strigelium, argumentis illustravit Joannes Herbetius Lotharingus. Nicomacheorum Summistæ.

Alii meras Qvæstiones agitabant, qvos Qvæstionarios vocabant. Sic qvemadmodum Plotinus, Boëthus, Apulejus, Nicostratus & alii nonnulli gravissimas qvasq; Aristotelis sententias explicavére: ita qvoq; hi seqventes Nicomacheos Aristotelis libros per Qvæstiones tractavére, sc: Alex. Aphrodisiæus, Conr. dictus Hensel, Conr. de Susata, Gvilh. Slade, Joa. Buridanus, Tho. Campanella & alii. Nicomacheorum Qvæstionarii.

Alii scripsére synopsin in libros 10. Eth. Aristotelis, sc: Hermolaus Barvarus, Vogelius, & Gvil. du Val. Nicomacheorum Epitomatores.

Etsi hos Moralium Nicomacheorum libros, ex ultimis ferè Aristotelis Nicomacheorum verbis, Politicorum libri subseqvantur, *qvem ordinem secutus est Prosperus Cyriacus in editione Operum Aristotel. Basiliensi, nec non Aldus in sua editione Operum Arist.*, qvia tamen & alii sub Aristotelis nomine libri de Moribus pertractantes inveniuntur, ideò illos, (ne materiarum fieret interruptio,) ante illos de Republ. collocasse opportunum visum est Gvilhelmo du Val, qvi sine dubio secutus est hac in parte antiqvum ordinem librorum à Bagolino & aliis servatum. 11. Magna Moralia.

Magna hæc Moralia Aristotelis vocantur Græcè ab Aristotele ἠθικὰ μεγάλα, & à Zvingero ac aliis Ethica Magna; sed cur dicantur μεγάλα ɔ: *Magna* non video. Nam nec 1. qvoad crassitiem operis hæc Moralia majora sunt aut Nicomacheis aut Eudemiis: Nicomachea n. constant foliis 71. sive libris decem, Eudemia foliis 48. sive libris septem; at Magna Moralia constant solummodo Magna cur dicuntur.

foliis 25, sive libris duobus: nec 2. qvoad præstantiam, nam fermè eædem in Magnis Moralibus, atq; in Nicomacheis materiæ discutiuntur. Sed puto Aristoteli id contigisse *ut scribit Piccolomineus grad. 10. cap. 12.* qvod facile multis accidit qvi libros de re aliqva conscribentes, freqventer in ordine sibi non satisfaciunt, consilium mutant, variant scriptionem, sententiam aliqvam emendant, qvousq; demum opus unum ad votum perficiant, in qvo solo sibi satisfaciunt & si deberent librum edere, solum illum ederent combustis aliis: at evenit, ut anteqvam id fiat morte præveniantur, & cùm omnes veniant in manus aliorum, ob famam Autoris servantur omnes, omnesq; circumferuntur. Videtur igitur mihi, qvod Aristoteles primò scripserit libros Morales ad Eudemium, qvi aliàs vocantur Parvi Morales; postea, illis à se non emendatis sed potius neglectis, Magnos Morales conscripserit; tandem libros Morales ad Nicomachum, ut absolutissimos & maximos, omnibus communicaverit.

Magnorum Moralium interpretes. Magna igitur hæc moralia ab Aristotele scripta Interpretem seu potiùs Metaphrasten Georgium Vallam Placentinum habet, qvi illa perspicua latinitate donavit, nec non Vitum Amerpachium.

Magnorum Moralium paraphrastes. Magnorum Moralium Paraphrasten & commentatorem hactenus vidi nullum.

Magnorum Moralium synopsis. Synopsin magnorum moralium scripsit Gvilhelmus du Val.

Magnorum moralium editiones. Magnorum Moralium editiones sunt diversæ: Editio Basiliensis, Isingviniana, Walderiana, Veneta Manutii (sc: à Camotio adornata, qvæ aliàs Camotiana vocatur) & Wecheliana, sive Francofurtensis, in qvâ adhibuit Frid. Sylburgius priores omnes editiones, è qvibus diversis editionibus & Vallæ versione qvæsivit locis corruptis remedium, addiditq; in fine varias locorum lectiones, conqvisivitq; etiam, si qvid ex Nicomacheis Ethicis huc facere meminisset: Privatô judiciô ac conjecturâ nihil mutavit, nisi manifestus esset error; imò plerumq; si qvid mutationis ab ipso factum est, ejus seorsim in fine libri rationem reddidit. Aliàs inter opera Aristotelis ab Aldo & Gvilhelmo du Val. edita reperiuntur qvoq; Magna Moralia.

III. Moralia Eudemia. Libri Ethicorum Eudemiorum ab Aristotele vocantur ἠθικὰ εὐδημία, ɔ: *Moralia Eudemia*, sive ut nonnulli vocant, *Moralia ad Eudemium*, ab Eudemio Cypro Aristotelis Amico & familiari, ad qvem hos scripsit. A Leonardo v: Aretino *in suo dialogo de Moribus* appellantur libri parvorum Moralium ad Eudemium. Præter hunc

hunc Eudemium inter eos autores, qvi composuêre Svidæ librum, primus numeratur Eudemus Rhetor. Theophrastus *lib. 9. de hist. Plant. cap. 18.* meminit cujusdam Eudemii, qvi consvetudine venenorum adeò sibi callum obduxerat, ut cùm Helleborum biberet non purgaretur. Eudemii nomine tres vocati.

Hi libri ad Eudemium ejusdem sunt argumenti ac instituti cum Nicomacheis, & Magnis Moralibus: nam non tantum diversa, aliave, qvæ in Nicomacheis non extant, tractant Eudemii, sed & eadem iisdem ferè verbis de rebus iisdem sæpius repetunt documenta. Eudemiorum materia.

Hinc commentatorem Eudemii obtinent nullum nullumq; Metaphrasten. Eudemiorum commentatores.

Unum habent Eudemii, qvi eos Latinos fecit sc: Anonymum, fortè Basiliensem, editum Basileæ, virum doctum & in Aristotelis lectione non parùm exercitatum. Eudemiorum versio Latina.

Sunt nonnulli inter qvos est Frider. Sylburgius, qvi volunt hanc Eudemiorum versionem non esse Anonymi cujusdam sed Leonardi Aretini: Cœterùm contrarium facilè tum ex versionis ratione & Stylo colligi potest, tum qvoq; ex temporis ratione.

Summam rerum qvæ in Eudemiis continentur, fecit Gvil. du Vall. in Synopsi sua Peripateticæ doctrinæ; docens breviter & clarè qvid in singulis singulorum librorum capitibus contineatur. Aliàs Leonardus Aretinus scripsit Introductorium de Moribus Dialogum ad Galeotum Amicum respondentem libris Aristotelis ad Eudemium; in qvo Dialogo interlocutores sunt Leonardus & Marcellius familiaris Leonardi Aretini, *qvi reperitur inter Comm. Fabri Stapulensis in Ethic. Arist. pag. 123. & seq. Edition. Anni 1510. & in Bagolini Operibus Arist. & Averrois Volum. 3. Fol. 95. & seq.* Eudemiorum Summista.

Libri Aristotelis ad Eudemium sunt septem, at secundùm Gvarinum Veronensem in vitâ Aristotelis sunt octo. Eudemiorum divisio.

Eudemiorum variæ sunt editiones: Isingviniana, Camotiana (qvæ binæ editiones passim mendosæ & mutilæ sunt) & Wecheliana, qvam Frid. Sylburgius Anno 1584. Francofurti ex Isingviniano exemplari & Camotiano correctam nobis dedit; additis in fine variis locorum lectionibus & explicationibus. Est etiam Aldina editio, qvæ inter opera Aristotelis ab Aldo edita reperitur, qvæ offendit (ipso Aldo id fatente) nonnunqvam doctissimas aures, qvia Aldus unum duntaxat exemplar Moralium ad Eudemium habere potuit. Eudemiorum editiones.

IV. Aristotelis libellus de virtutibus & vitiis.

Nunc ad Aristotelis libellum de Virtutibus & Vitiis (qvi potiùs catalogus seriesq; brevissima, qvam liber Virtutum & Vitio-

 rum

rum dici poteſt) qvorum ſummas definitiones & officia propria ex iis qvæ uberrimè dicta ſunt in libris Nicomacheis, Magnis & Eudemiis, ſummatim & veluti per qvandam ἀνακεφαλαίωσιν collegit & retexuit Ariſtoteles, ſub finem tamen obſervat eleganter virtutem inducere in animum pulcherrimam qvandam Harmoniam ex compoſitis motibus & in modum probè redactis, ita ut ex illa Virtutis diatheſi & temperamento animus fiat optimæ Reipubl. ſimillimus.

Libelli ejus editiones.

Ejus libelli editiones habemus tres, præter eas qvæ inter omnia opera Ariſtotelis reperiuntur: Iſingvinianam, Camotianam, & Wechelianam ſc: Sylburgii, qvi ex editionibus Iſingviniana & Camotiana, & ab Interprete Leon. Aretino, qvæſivit locis corruptis remedium. Aliàs hic libellus Græcè & Latinè integer reperitur in Stobæô editô curâ Geſneri An. 1543: at in Stobæi editionibus publicatis curâ ejusdem Geſneri Anno 1549. & Anno 1559. pro argumento in diverſos locos à Geſnero eſt diviſus.

Libelli hujus verſiones.

Libellum hunc tranſtulerunt Alexand. Chamaillardus, Georg. Valla, Simon Grynæus (qvi exactiorem qvandam de Virtutibus diviſionem adjecit), Conradus Geſnerus, Leonardus Aretinus & Andr. Lacuna, qvi eum Hiſpanicè tranſtulit & Scholiis illuſtravit.

Libelli hujus commentatores.

Commentariis hunc librum illuſtravit Juſtus Velſius. Gvilhelmus du Vall breviſſimo argumento in Synopſi ſua Peripateticæ doctrinæ eum perſtrinxit.

IV. Ratio docendi Ethicam, qvæ eſt χαρακτηριστική.

Sapientes Græci Veteres non ſolùm prædictis modis, qvibus uſi ſunt Socrates, Plato & Ariſtoteles doctrinam morum tradiderunt: verùm etiam aliud adhuc genus tractandæ diſciplinæ morum habuerunt, qvod à re χαρακτηριστικὸν nominarunt, qvô nota morum & forma exprimitur.

Origo hujus rationis. Tales ſcriptores ſunt 1. Homerus.

A veteribus Criticis obſervatum eſt Homerum hujusmodi deſcriptionum morum primum autorem fuiſſe. Nam *Iliad lib. XII.* dat nobis Characterem fortis & ignavi viri hiſce verbis:

Ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη
Τοῦ μὲν &c. *usq; ad verſum octavum.*

2. Satyrus. 3. Varro. 4. Libanius.

Sunt & apud alios Græcæ & Latinæ lingvæ ſcriptores ſimilem in modum accuratæ morum deſcriptiones. Apud Græcos Satyrus antiqviſſimus Peripateticus, & apud Romanos doctiſſimus Varro, libros non diſſimilis argumenti ediderunt, qvos tamen non χαρακτῆρες, ſed περὶ χαρακτήρων inſcripſerunt. Hujus item generis ſunt illæ deſcriptiones morum, qvas Libanius & alii Sophiſtæ appellarunt ἠθοποιΐας ἠθικὰς διὰ τὸ μόνον ἦθος εἰσφέρειν. In his olim di-

dicendi Magistri suos discipulos magno cum fructu soliti sunt exercere.

Aliàs volunt nonnulli hunc doctrinam tractandi modum primum Theophrastum Evresium Peripateticum invenisse, qvi senex fuit facundissimi oris Aristotelis discipulus, & felici illo seculo vixit, qvod tulit Socratem, Platonem vidit, Aristotelem generi humano dedit. 5. Theophrastus.

Veteres autem qvidam, qvi post Theophrastum tractarunt μικρὸν παρεγκλίνοντες, hujusmodi tractatus χαρακτηρισμοὺς vocarunt, qvos Theophrastus χαρακτῆρες. Qvidam similium scriptorum non dissimiles titulos sunt commenti, *ut patet ex Seneca XCVI. Epi. ad Lucilium.* 6. Alii post Theophrastum.

De genere orationis descriptionibus hujusmodi accommodatæ ita scribit Theon: Sophista sive Libanius: *uteris in descriptionibus morum charactere perspicuo, brevi, florido, soluto, à qvo absit omne involucrum sive artificium curiosius & figura.* Genus Orationis hisce descriptionibus accommodatæ.

Ab hac formâ dicendi non longè abit Character Theophrasti in libello, cujus titulus est Θεοφράστου ἠθικοὶ χαρακτῆρες ↄ: (secundum Sylburgium) *Ethici Characteres*, (secundum Auberium) *Characteres Morum sive Morales*, (secundum Casaubonum) *Theophrasti Morum sive Morales descriptiones, sive Morum notationes.* Theophrasti χαρακτῆρες.

Hic libellus aureolus Theophrasti qvamvis non integer ad nos pervenerit, ejus tamen fragmenta habemus. Hujus n. Theophrasti libri editiones sunt hæ seqventes, 1. Henrici Stephani, 2. Camotiana, 3. Oporiniana, 4. Wecheliana sive Francofurtensis, 5. Augeriana sive Basiliensis. 6 Casauboni sive Lugdunensis. Theophrasti editiones.

Habuit hic liber interpretes (præter Anonymum qvendam & Gesnerum) Augerium & Isaacum Casaubonum, qvi non solum eum Latine reddidêre, verùm etiam scholiis & commentariis illustravêre. Theophrasti interpretes.

Notas in hunc librum præter hosce etiam scripsit Frider. Sylburgius. Ante Augerium & Casaubonum Maxinus Planus expositionem in Theophrasti characteres conscripsit, qvæ Græca reperitur in qvibusdam Italiæ Bibliothecis. Theophrasti commentatores.

De hisce qvatuor rationibus docendi Ethicam, & de prædictorum ut & aliorum ferè infinitorum Ethicorum Autorum scriptis, vitis, variis interpretibus, commentatoribus, editionibus, autoritate & utilitate, partim in meis in hâc Regiâ Academiâ habitis prælectionibus longè diductiùs egi, partim posthac diductissimè acturus sum; qvas, si Deus mihi vitam & valetudinem dederit, intra

paucos annos publicas facturus ſum, ſub titulo de origine & propagatione Ethices usq; ad noſtra tempora per Scriptores Hebræos, Arabicos, Græcos, Latinos, Italicos, Hiſpanicos, Gallicos, Germanicos, Anglicos, Danicos & Iſlandicos.

Antiqvos v. Danos, Norvegos & Iſlandos uſos fuiſſe binis prioribus rationibus docendi Ethicam manifeſtiſſimum eſt ex Eddâ antiqviſſimâ Sæmundi, & ex hâc Eddâ Snorronis, qvam penè latentem, & in Bibliopolarum officinis nunqvam exiſtentem, modò utilitati publicæ prelis ſuppoſui.

Prodit itaq; nunc, Rex potentiſſime, in lucem tamdiu expetitum deſideratumq; opus ſub Tui Auguſtiſſimi nominis tutelâ & umbrâ, ut ſub eâ deliteſcat ſicut Teucer Homericus ſub Ajacis clypeo. Tuæ ideoq; Serenitati, maxime Daniæ & Norvegiæ Rex, opus hoc ſiſtere ac ſacrum vovere lubens meritoq; volui, debui, non qvidem ut munus Majeſtate Regiâ ſatis dignum, aut pro beneficiis immortalibus à Tua Serenitate in me meosq; derivatis ſufficiens, ſed ut ſacrum cultum optimo Principi poſt Deum hôc modô ſolvendum, qvo ipſo mentem T. Serenit. æternùm devotam conſervarem.

Faxit Deus immortalis ut cuncta qvæ facis, qvæq; facturus es, feliciter cedant Tibi, Imperio Danico & Norvegico, Subditis. Vive Monarcha auguſtiſſime, vive, impera & vince. Havniæ VII. Non. Febr. M.DC.LXV.

Pe-

Petri Joh. Resenii
Præfatio
ad
Lectorem benevolum & candidum
de
Eddæ editione.



Cùm in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videatur esse, nullâ præfatione factâ, Judici rem exponere, mihi librum hunc promulgaturo & edituro multò magis inconveniens esset, origine non repetitâ, atq; illotis manibus protinus materiam hanc aggredi; non qvia velim verbosas facere præfationes, sed ut ii, in qvorum manus Edda veniet, libentius ad ejus lectionem producantur.

Qvoniam v. cognitionem nominum seqvitur cognitio rerum, ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ εἴσεται καὶ τὰ πράγματα *Plato in Gorgia, Scal. exerc.* 1., *Scip: Gentilis lib. sing. de origin. in pr.* & ut sapiens Epictetus vere & sapienter docet ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις, *h. e. principium eruditionis est nominum trutinatio*; ICtis nostris meritò turpe visum fuit, prius determinare, qvam terminum intelligere *l. 1. D. de reb. credit. l. 1. in pr. D. de I. & I. Matth. Stephan. lib. I. de jurisd. c. I. nu* 8. *& 9, Georg. Obrecht. lib. I. de jurisdict. c. I. nu.* 2. *& seqq., Joa. Nevizan. in Sylv. nupt. lib. I. n.* 170., *Prosp. Farinac. l. I. prax. & theor. crim. tit.* 5. *de Indi. & tort*: Idcirco inter omnia evolvendum est Eddæ vocabulum, & par esse arbitror de ipsâ primùm appellatione tractare, illiusq; ntellectum distingvere, ut nihil prorsus nos lateat eorum, qvæ qværi solent. *Joa. Gœdd. de V. S. in pri. & Dd. Comm. in l. ambiguis D. de reb. dub. Rutg. Ruland. part. I. de commiß. & commiß. cap.* 2. *n.* 1.

Edda est vox originis Latinæ, ab edo i: *compono, meditor*; qvia Poëtæ Islandi ex Edda suas Fabulas & appellationes desumunt, carminaq; componunt, *ut vult Magnus Olai Islandus*: At secundùm Gudmundum Andreæ Islandum (*cujus Lexicon Islandicum MS. in publicâ auctione heic à me comparatum intra annum Deo volente publici ju-* **Edda unde dicta.**

ris

ris facturus sum) Edda derivata est à voce Græca τήθη ɔ: *nutrix.* Joh. Paul. Resenius meus p. m. Avus, qvondam Episcopus Selandiæ, *in Etymolog: Danic. necdum edito* de hac voce ita scribit: Edda, Edde, ætte ab atta Pater, qs: Avia. Aliàs Ede in lingva Anglo-Saxonica antiqva idem est ac grex: Sic Ede bergren ɔ: *grex porcorum*, ut docet Joannes de Laet *in Lexic. Anglo-Saxon. qvod nondum lucem vidit.*

Eddæ significationes tres. Notat etiam literatissimus Gudmundus variam Eddæ significationem, cui I. Aviam majorem seu proaviam videtur significare; veluti ex Synonymis Eddicis Snorronis Sturlæ probatur, ubi ita habetur: Moder heitir Eida/Oñer Amma Edda enn thridja ɔ: *mater* (*poëtice*) *vocatur Eida* (*forsan ab Eva*); *deinde Amma* ɔ: *secunda mater, mater major sc: Avia; tertiò Edda* ɔ: *Avia major, Proavia, vel Abavia.* Idem ferè in Eddæ Sæmundi Rigsthátt occurrit, nimirum Jód ól Edda ɔ: *partum enixa est Edda* ɔ: (sc: *servilis prosapiæ*) *Abavia.*

2. Nomen libri peculiaris, qvi Mythologiam Arctoæ Gentis vel Nationis Poëticam in lingvâ Islandicâ tradit: ita dicta qvasi matrix & origo Poëseos, atq; prima Mater vel Atavia verborum copiæ & paraphrasium. Hæc significatio est hujus loci.

3. Nomen proprium Mulieris seu Virginis Amazoniæ, veluti ex historia Sigvardi Ring/ Sveonum Regis, constat: Etsi qvidam scriptores, inter qvos est Saxo Grammaticus, eam Herham malint vocare. Hanc qvidam scriptores in fabulis Mythologicis insigniter peritam fuisse asserunt, adeoq; ejusmodi fabulas post se reliqvisse plurimas. Præterea in Holsatiâ, Prussiâ & Pomeraniâ Mulieres sic proprio nomine appellari autor est Helvaderus *in Onomat. Etymol.*

Edda duplex; una Sæmundi, altera Snorronis. Edda est duplex: antiqvior sive genuina illa Rhythmica; altera recentior sive vulgatior.

Edda Sæmundi qvænam. Eddæ antiqvioris autor dicitur Sæmundus Sigfusonius, vulgò Frode dictus, constans meris Rhythmis obscuris adeò fabulis involutis, ut vix jam intelligatur à recentioribus Poëtis Islandis, apud qvos prisca Islandica lingva jam paulatim depravata est, & alienis vocibus corrupta.

Sæmundus qvis. Sæmundus hic in Papatu vixit & Pastor fuit Oddensis, *ut putat Stephanus Olai in Notis ad Volusp. Stroph. 9. lit. n.*

Frode significatio. Frode est vox Islandica, qvæ Arngrimo *in Epist. ad Wormium jam jam citandâ*, item Gudmundo Andreæ Islando *in Lexic. Island.* idem est ac eruditus; Stephano Stephanio *in Not. ad Saxon. Grammatic. pag. 136. lit. B.* sapiens; Eidem *ibidem p. 93. lit. F.* Polyhistor; Stephano Olai *in Not. ad Volusp. Stroph. 8. lit. n.* multiscius.

Frode

Frode verò est à Frodur peritus, eruditus; inde Frodleicke ɔ: peritia, eruditio. Radix vero est eg fræda ɔ: erudio, instituo, certiorem & gnarum facio: Hinc Fræde erudita institutio, documentum, eruditum opus; Fræden in plur. num. vulgò pro Catechismo usurpatum est, *ut scribit prædictus Gudmundus in Lexic. Island.* Aliàs sex sunt Reges Daniæ nomine Frothonis, Danicè Frode/insigniti, qvorum primus (è qvo cœteri sua habuerunt nomina) fuit sapiens, prudens & fortis, qvi Draconem thesauro incubantem interfecit, Tranonis naves perforavit, Rutenos vicit, Rotalum occupavit, Handuvani urbem cepit, Frisiam & mox Britanniam bellô tentavit, Lundoniam Angliæ oppidum astu intercepit. Frode unde.

Edda hæc pluribus constat capitibus, qvorum qvodvis cantilena est, diversis metri generibus exarata. Eddæ Sæmundi partes.

I. Eddæ hujus caput primum vocatur Voluspa. Voluspa.

Voluspa vox composita est à Võla ɔ: Sibylla & Spå sive Spaa ɔ: Vaticinium, prophetia; ita ut Voluspa idem sit qvod Sibyllæ Vaticinium, sive Sibyllini versus. Voluspa unde dicta.

Spå & Spådomer Islandicè idem est, sed Spå est fœminini generis, Spådomer verò est masc: gen. Spå er Spacks geta (sive gåta) *ɔ: Vaticinium est sapientis divinatio.* Spaa vero non semper vaticinium de futuris, sed & prophetiam (ceu in Bibliis libro Regum & apud Paulum Apostolum), nempe magnalium Dei professionem vel profundam sapientiam significat. Hinc Spakur adject: 1. ɔ: divinus, fatidicus, sapiens, præscius; qvô, ut cognomine, usi sunt multi viri sapientes; ut: Thorarin Spake/Tholleifer Spake: unde Spake fœm. gen. sapientia, scientia fatidica, peritia, divinatio; item Spekingur ɔ: Sapiens, Sophista, Philosophus. Spaa significatio. Spakur significatio. 1.

2. Modestus, qvietus, pacificus: unde Spekt fœm. gen. ɔ: temperantia. Spåmadur ɔ: Vates, Propheta. Spåför divinatio, auguratio. Spåfarar monu ɔ: divinatores, augures illiciti. 2.

Spå verò vaticinum est à radice at Spå ɔ: Vaticinor, divino, propheto. Prædictus Joh. Paul. Resenius *in suo Etym. Danico* Spaa derivat ab Hebræo צָפָה ɔ: speculatus est. Sic qvoq; in lingvâ hodiernâ Danicâ at spaa est vaticinari: Spaadom ɔ: Vaticinium: Spaamand ɔ: Vates à Spaa ɔ: vaticinari & mand ɔ: vir, qs. vaticinans vir. Spaa unde.

Vola fuit Sibylla in Asia, dicta Erythræa, ut docent Decimator *in Sylva Nom. Proprior.* & Peucerus *in* Θεομαντείᾳ. Vola est Sibylla Erythræa.

Strabo duas ponit Erythræas Sibyllas, unam priscam, aliam recentiorem. Erythrææ Sibyllæ duæ.

Erythræa prisca fuit omnium Sibyllarum nobilissima & antiqvissima, qvæ mulierum prima cecinit Oracula, & Sibyllæ nomen primùm accepit: dicta aliàs Herophile, qvam communis opinio est fuisse ante excidium Trojanum circa annum ante Christum natum millesimum centesimum octogesimum secundum: At Eusebius *in Chronicis* in primam ætatem urbis Romæ regnumq; Romuli refert, à qva opinione non admodum recedit Augustinus. Volaterranus a. hanc Erythræam Tarqvinio Regi Romanorum (qvi ad minimum qvingentis sexaginta octo annis post excidium Trojæ regnare cœpit) libros qvosdam Sibyllinos vendidisse nugatur: Nam Cumana Sibylla libros Oraculorum novem Tarqvinio Prisco, regnanti Anno ante Christum 578, obtulit, & exustis sex, superstites tres ipsi vendidit, *ut Gellius lib.* 1. *c.* 9. *& Lactantius* ex Varrone *referunt.* Plinius v. Servius & alii hoc de Tarqvinio Superbo, regnanto Anno ante Christum 531, commemorant.

Erythrææ carmina.

Hujus Erythrææ versuum plurimos operi suo Homerum inseruisse creditum fuit, & Solinus cap. 8. affirmat: Cui etiam maximam partem vaticiniorum Sibyllinorum *præcipuè de Christo & AntiChristo, sceleribus Romæ, Antichristi interitu, extremo judicio & similibus* tribuit Erasmus Schmidius *circ. fin. lib.* I. *de Sibyllis.* Huic etiam Sibyllæ Eusebius *serm. de convent. Sanct. pag.* 229. ἀκρόστιχον illam tribuit, cujus versus initiales has dictiones constituunt ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ: Qvam ἀκρόστιχον Ciceronem, sive in Asia sive Romæ vidisse & legisse (qvod Eusebius & Augustinus statuunt) non planè verò est absimile; cui propter ἀκροστιχίδας suspecti fuére versus Sibyllini, *ut ex lib.* 2. *de divinatione patet.*

Erythræa unde dicta & ubi nata?

Erythræa v. dicta est qvòd in loco Erythrarum, qvi Batti appellabatur, nata fuerit, qvi locus in urbis modum postea exædificatus, nomen Erythres accepit, *ut docet Svidas*; in qvo postea habitavit: unde Apollodorus Erythræus eam popularem suam fuisse gratulatur. Lactantius verò Sibyllam Erythræam Babylone natam esse ait, & sese Erythræam appellari maluisse: *secundum Halicarnasseum lib.* 3. *antiq. Rom.* hæc Sibylla origine Babylonicâ fuit, Nurus Nohæ, unà cum Nohâ in arcâ conservata, uxor Japheti, qvi post diluvium & confusionem lingvarum insulas gentium seu Europam occupavit.

Erythræa recentior, nomine Athenais, Alexandri tempore floruit, *teste Strabone.*

De Erythræa qvi scripsére.

De Erythræa nobilissima illa Sibylla legi potest lib. 10. Pausaniæ, lib. 14.

lib. 14. Strabonis, Eusebii serm. de conventu Sanctorum, Lactantius, Augustinus & alii.

Sibyllæ (qvas Chaldæi Sambethas appellarunt) dicebantur Vates, sive Vaticinatrices, qvæ Dei consilia homini revelârunt: vel mulieres Deô plenæ, qvæ vaticinabantur, *testibus Varrone in libr. rer. divin. I. Diodor. Sicul. lib. 5. & Lactant. libr. I. divin. Inst. cap. 6.* in qvibus divinitas & qvædam Cœlitum Societas nobilissima fuit, *ut scribit Plinius lib. 7. cap. 33.*: vel Fœminæ qvæ fuére *τῆς μεγάλης θεότητος ἐλαυνόμεναι βελτίοσι ut docet Nazianzenus.*

Sibyllæ qvænam?

Sibyllas in iis qvæ de Christo aut aliis ad humanam salutem spectantibus sunt vaticinatæ probabile habet Augustinus, seu bonæ fuerint seu malæ, à Deo esse inspiratas: Nam prophetiæ donum bonis est commune ac malis, sicut etiam gratiæ aliæ sunt gratis datæ. Hinc cum notamus qvid certum & indubitatum ob certitudinem & infallibilitatem qvæ in Oraculis hisce Sibyllinis semper fuit inventa, dicimus Sibyllæ folium est. *Munster. Cosmograph. libr. 2.* Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

Sibyllæ qva de re scripsére.

Sibylla verò qvibus modis Deum concipiebat vaticinatura docet Jamblichus *lib. de Mysteriis*: *Sibylla* inqvit, *in Delphis duobus modis suscipiebat Deum, vel per* Spiritum *qvendam tenuem igneumq; qvi erumpebat alicubi ex ore antri cujusdam, vel sedens in adito super sedem aneam, habentem tres aut qvatuor pedes & Deo dicatam & utrobiq; divino se spiritui exponebat, unde divini ignis radio illustrabatur.*

Sibylla qvibus modis Deum concipiebat vaticinatura.

De Sibylla ita in prolog. Eddæ cap. 3. traditur: *In plaga Septentrionali fœmina qvædam erat fatidica seu* Sibylla, *nomine Sif; ejus nemo progeniem noverat. Filius ejus erat Lorrithi; ejus filius erat Hemrede; ejus Vingithor, ejus Vingener, ejus filius Moda; ejus filius Mage, ejus filius Sephsmeg, ejus filius Bedvig, ejus filius Atra, qvem nos vocamus Annan, ejus filius Itrman, ejus filius Hermoder, ejus filius Skialdun, qvem nos vocamus Skiold, ejus filius Biaf qvem nos vocamus Baur, ejus filius Jat, ejus filius Gudolf, ejus filius Fin, ejus filius Frialaf qvem nos vocamus Fridlevum. Hic filium habebat, qvem vocant Voden, qvem nos Oden seu Othin vocamus &c.*

Sibylla secundùm Eddam qvænam.

Nomen Sibyllæ Svidas Romanum esse contendit. Petrus Galatinus *lib. I. cap. 6 de Cathol. verit. arcan.* & Reuchlinus *lib. I. de Cabala* Hebraicum esse volunt à קִבֵּל *qvod significat ex traditione majorum aliqvid accipere*; qvia Sibyllæ Oracula divinitus acceperunt, & postea hominibus revelarunt: à qva sententia non admodum recedit Peucerus *in Theomantia.* Cœlius Rhodiginus *Lect. antiqv. lib. 14. cap. I.* ex Arriano scribit Dardanum ex Samo profectum Teucrorum Regis filias duxisse uxores Νησὼ καὶ Βάτειαν *Naso & Batiam.* E

Sibylla unde dicta?

priore natam illi filiam Vaticinam, nomine Sibyllam, ex qva in Vaticinatrices omnes ſit propagatum nomen ob Theophoriæ cognationem qvandam. Cæterùm nomen hoc eſt Græcum & qvidem Doricum Æolicumq; : Sibyllæ n. qs. Sibullæ dictæ ſunt à Σιὸς ɔ: Deus & βȣλὴ ɔ: conſilium: qvia Sibyllæ Dei conſilia mortalibus enunciabant, *ut Lactantius, Varro & Servius ſuper 4. Æneid. tradunt.* Æoles n. & Dores pro Θεὸς dixerunt Σιὸς (qvod & Lacedæmonii imitati fuére) & pro βȣλὴ ſcripſerunt βȣλλα. Sic qvoq; Σίσυφος idem eſt, qvod Θεόσοφος & ἐγέῤῥω idem qvod ἐγείρω. Hieronymus contra Jovianum inqvit; *qvod ſi Æolici ſermonis genere Sibylla* Θεοβȣλη *appellatur, rectè conſilium Dei ſola ſcribitur noſſe virginitas.* Hæc ille. Σιβύλλα, itaq; idem eſt qvod Θεοβȣλη.

Vola unde dicta? Ab hac voce Sibylla (Sibula) vocatam eſſe Volam (utpote Erythræam, qvæ prima nomen Sibyllæ accepit) videtur veriſimile; & non à βȣλὴ, ut putat Gudmannus Andreæ Iſlandus *in ſuis Notis ad Voluſp*: niſi forte Vola ſit dicta vel à Babylone, ubi Sibylla Erythræa nata traditur: vel à nomine proprio Erythrææ, qvod fuit Herophile.

Sibyllæ qvot? Qvæ a., qvot, qvibusve temporibus aut locis Sibyllæ fuerint, magna inter veteres ſcriptores diſſenſio eſt. Alii unam, alii duas, alii qvatuor, alii decem, alii adhuc plures Sibyllas fuiſſe dixére; De Sibyllis qvinam ſcripſére. qva de re legi poteſt Onuphrii Panvin. Veron. liber de Sibyllis, & Carminibus Sibyllinis; item Eraſmi Schmidii tr. de Sibyllis, Sibyllinis libris, earumq; autoritate. Conſcripſerunt etiam ex Græcis Philemon Athenienſis opus περὶ παντοδαπῶν χρησμείων, Oenomaus Philoſophus de vanitate oraculorum, Porphyrius περὶ τῆς ἐκλογίων φιλοσοφίας: E Latinis Cornelius Labeo librum, cui titulum fecit de Oraculo Apollinis Clarii: ſed hos omnes hactenus ſaltem deſiderare licuit.

Voluſpa duplex. Voluſpas, ſeu Volæ gnomas, fuiſſe duplices docet Gudmundus Andreæ: ſc: Voluſpaa en meire ɔ: Voluſpa major, & Voluſpaa hin Skemre ɔ: Voluſpa minor. Minorem tantùm habemus, in qvâ è priori multa reperiuntur citata.

Voluſpa qvibus de rebus agit. Sibyllini verſus, Voluſpa dicti, ferè perpetuum rerum ordinem ſervant. Agunt. n. 1. de mundi creatione. 2. de Satyrorum creatione. 3. de primorum hominum creatione. 4. de Parcarum nominibus & muneribus. 5. de Loconis ſupplicio. 6. de inferno. 7. de Seculis noviſſimis. 8. de mundi fine. 9. de Terra nova. 10. de loco beatorum.

Voluſpa citata à Wormio. De Voluſpa Cl. Olaus Wormius *in literat. Runic. cap. 3*, ita ſcribit:

bit: Fœminas qvoq; Eddicè Runas dictas fuiſſe, ſunt qvi probant ex Voluſp. Stroph. 37. v. 3. ubi hæc ita Latinè reddita leguntur: *Qvi alterius vellicat aurem conjugis.* Ubi ii notantur qvi verbis laſcivis aliorum uxores ad adulterium ſollicitant. In hoc eodem verſu triplex hominum flagitioſorum genus, qvibus præ reliqvis certò imminere crediderant Ethnici cruciatus infernales: ſc: periuri, ſicarii & adulteri, qvâ de re plura vide in Not. Steph. Olai ad prædictam Stroph. 37. Idem Wormius ibidem *cap.* 20. docet Fymbultyri etiam fieri mentionem in Voluſp. Stroph. 54, ubi conſilium Deorum de rebus habitum proponitur hiſce verbis: *Et de Fymbulturi vetuſtis Runis &c.* Fymbultur v. hic fuit unus ex inventoribus Runarum, teſte Eddâ Sæmundi Cap. Runi. Erat a. Scriba & Propheta Aſarum, & vocatur à Sæmundo Cap. Runi. Fimbulthulur. Proprium ejus nomen eſt Fimbul, reliqva ambo agnomina: Tyr n. ſignificat Aſam, Thulur vetulum, *ut ſcribit* Stephanus *Olai in not. ad prædict. Stroph.* Aliàs Gudmundus Andreæ Iſlandus *in Lexic. Iſlandic.* obſervavit Fimbul vel Fymbull eſſe vocem obſoletam & peregrini ſenſus, & ter in Eddâ legi 1. in Havamaal: Runer thær Reiginn kunnu giørdu Ginreigin/thet fâde fymbul thulur. Heic fabularum enarrator Odinum nominat Fymbul thul ſeu ipſum Jovem. Thulur ɔ: enarrator, orator vel cantator. & fymbul ɔ: grande qvid. Thulur & Fymbulthulur ɔ: orator referendarius. Thulur v. eſt à thyl ɔ: enarro. Thula ɔ: continua & longa narratio (inde forte Danicum Tale ɔ: Oratio). 2. in Eddæ apologo om Ragnarocker ſeu extremo interitu totius univerſi: Tha fara thryr veter ſaman/ ſo eckert er ſumar â mille/ ɔ: tres venient continuæ hyemes, qvas inter nulla æſtas erit: thær veter kalla menn fymbul vetur ɔ: illam hyemem (ſc: è tribus continuam) vocant homines grandem hyemem ſeu monſtroſam. 3. in Havamaal: Balbus & Bambalio vocatur fymbulfocmbe/ qs: vehemens & ingens fatuus; à φῆμι ɔ: loqvor. Fimbul inſuper fluvius averni in Edda, ita dictus à vehementiâ.

Tres Voluſpæ Codices à variis accepi. E literario Regis noſtri Auguſtiſſimi penu Codices bini antiqviſſimi deprompti ſunt, qvi, ut antiqvitatis Iſlandicæ ſtudioſiſſimus, in colligendis veterum Iſlandorum libris ſedulam navavit operam, rariſſimosq; obtinuit: Tertium v. recentiorem, ex antiqvo, ut videtur, Codice exſcriptum mihi lubentiſſimè communicavit Chriſt. Noldius, SS. Theol. in Regia Acad. Havn. Profeſſor Publ. & p. t. Rector. Hiſce, qvos reperire potui, Codicibus MSS. collatis & inter ſe comparatis, nul- Voluſpæ Codices Iſlandici, verſio latina, notæ & editio.

ſum inveni Codice Regiô primô antiqviorem & meliorem. Itaq; in hâc Voluſpâ edendâ hanc adhibui operam, ut emendatiſſimè cuderetur, collatis priùs prædictis optimæ notæ Codicibus manu exaratis, notatis ad marginem variis Codicum lectionibus: Tum deniq;, ut hoc operis omnibus uſui eſſe poſſet, Iſlandicis Latinam perpetuò verſionem, factam Anno 1644 à Stephano Olai Iſlando (tunc temporis Ola. Wormii diſcipulo, nunc v. Eccleſiæ Wallanæſenſium in Orientali Iſlandia Paſtore) Iſlandico textui adjeci, ejusdemq; notas (qvibus Magnum Olai & Biornonem Jonæ Skardſaënſem, maximum inter Iſlandos antiqvarium, refutare conatus eſt) item notas Gudmundi Andreæ Iſlandi (qvibus in interpretationem Latinam Stephani animadvertit) addidi, qvas in gratiam Virorum doctorum Iſlandorum, qvi de iis judicia ferre poſſunt, publicavi.

II. Haavamaal unde composita.

Eddæ hujus caput ſecundum vocatur Haavamaal/ qvæ eſt vox Iſlandica, compoſita à Genitivo Haava/ qvod in Nominativo eſt Haar/ ſive Haave ɔ: celſus, & maal ɔ: ſermo.

Haar significationes tres.

Haar/ Haa/ Haatt/ ɔ: *celſus, celſa, celſum, altus, ſublimis, procerus.* Hinc Hæd. *fæm. gen. altitudo, æther, eminentia, proceritas*; Hædkar ɔ:
1. *in altum creſcit, aut vergit* (inde forte Danica vox Græskar ɔ: *cucurbita ventricoſa*, qvia in altum creſcit); Haar/Hærre/Hædſta ɔ: altus,
2. altior, celſiſſimus. 2. Haar & Haav/ Har / vel Haava in Genitivo eſt Odini epitheton ſeu agnomen perſonatum in Gylvamine in Eddæ Myth. 2. ɔ: *celſus ſublimis*: ubi Trinitatem inter obſervari faſcinabat 1. Hår. 2. Jathnhår. 3. Thryhår. ɔ: Odinus, qs. ter maxim⁹, Triſmegiſtus, Hoc nomine Odin⁹ non ſolùm ſe, verùm & ſuos collaterales appellavit, cùm apud Gilvum Svecorũ Regẽ hoſpitaretur, & tunc etiam hanc Ethicam & res ſuas geſtas, tanqvam pro feſtivo delectamento & doctrinali, ſolenni in convivio recitatas fuiſſe Edda commemorat ut appareat Odinum fuiſſe ejus Autorem. Sicqvoq; Odinus in Voluſp. Stroph. 30. v. 5. vocatur Herian ab Her ɔ: exercitu.
3. 3. Hare/ hodiè Harra / Gallicè Sire ɔ: *Dominus*, Armen. Thear, Germanicè ein Herr/ Saxon. de Here/ Belg. Heer / Heern / Danicè Herre ɔ: *Dominus*, item Rex à celſitudine, ab הַר ɔ: 1. mons 2. Princeps, Rex. Huc ἥρως, Herus Heros, Chald. הוֹר hör nobilis, הוֹרִים albati, veſtibus albis ornati, candidi; Principes, Magnates, Primates; qvòd aulici Proceres olim candidis veſtirentur. Avo meo in ſuo Etymolog. Danic. Herre ɔ: Dominus eſt vel à Græco ὄρ☉ ɔ: mons (affine eſt הַר mons) qvia Domi-

minus eminet ſuper reliqvum populum, qvemadmodum mons ſu-
per terræ planitiem; vel qvia in montibus ædificavit; vel à voce
Danica Hær ɔ: exercitus, unde Herremand ɔ: Nobilis qs: exerci-
tus vir; vel ab Hebr. שַׂר ɔ: Princeps, Dominus, 2. Reg. 4. שַׂר
הַצָּבָא ɔ: Princeps militiæ: Hæc Avus. Vox Danica Herre. 1. Do-
minus, Deus. 2. Princeps vel Dominus alicujus Provinciæ, vel Ter-
ritorii. 3. Vir Nobilis Herremand. 4. Eqves Nobilis. 5. Verbi Dei
miniſter. 6. Dominus habens ſervum. Sic etiam viri virtute
præſtantes olim propter virtutes in Deos relati ſunt. Veterum
Dii ex hominibus fiebant, *teſte Plin. & Lactantio*; Ideoq; apud Xe-
nophontem *in Cyropæd.* Cyrus poſt Deos ſemper qvoq; invocat,
& placat cujusq; terræ Heroas: qvod & Plato jubet *lib. 4. de Legib.*
& uſitatum id fuiſſe veteribus Pauſanias teſtatur *lib. 4. Græciæ.* Hinc
duo priora Pythagoræ carmina inter aurea illa ſunt hæc:

ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται,
τίμα, καὶ σέβου ὅρκον ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.

ɔ: *Primum Deos immortales, ut lege ſancitum eſt,*
Cole, & venerare jusjurandum, deinde Heroas inclytos.

Ab Haar adjectivo multa formantur compoſita & denominativa
Iſlandica, ſc: Haaleitur ɔ: *venerabilis, ſummæ ſpectabilis majeſtatis*; ut De-
us, divinæ, Sacro-Sanctæ: Haaſæte ɔ: *thronus*, Danicè Høyſæde / ɔ:
celſa, ſublimis ſedes: Haatid / Danicè Høytjd / ɔ: *feſtum*, qs. celſum,
ſublime tempus: Haamæle ɔ: *divulgatus ſermo.* Haatige ɔ: *Majeſtas*:
Havade ɔ: *ſuſurrus veluti aqvarum*: Haatalad ɔ: *grandiloqvus*: Haarry-
ſte ɔ: *tumultus*, ut Danicum Høyrøſted. 4. Haar neutr. gen. *crinis*;
θρίξ, coma, cæſaries, capillus; Danicè Haar; Germanicè Haar;
Belgicè Hayr / Haer; Saxon. Haer; Angli. Hæire vel Heare (qvam
vocem Minſchæjus in Lexic. Angl. derivat à Græco εἶρος ɔ: la-
na); Hebraice שֵׂעָר crinis; Arabice Scahar, Scahare; Saraceni-
cè Shar; Malthenſibus Schiaar.

Maal vox Iſlandica, *neut. gen. eſt ſermo, loqvela* à mæle / r: ɔ: *loqvor,* Maal ſignificationes duæ.
dico; : Hinc mælſka *eloqventia*; mælſkur ɔ: *eloqvens*; mælugur / ɔ: *dicax*;
mælaus ɔ: *mutus*; mælge *fœm. gen.* ɔ: *dicacitas*; almæle *n. g. divulgatus*
ſermo, omnium ſermo; item mælt er / ɔ: *fertur, dicitur.* Ed: thad er maal
manna / ad ſaat mun liótt à Baldre ɔ: *ſermo vulgaris eſt, in Baldero nihil*
eſſe turpe. 2. metior, menſuro; Hinc mæler; *maſc. gen.* ɔ: *menſura*; mæ-
ling; ɔ: *menſuratio*: mål ɔ: *dimenſio*; um måls ɔ: *in circumferentia*;
mæleferalld ɔ: *modius.* Sic qvoq; in lingvâ Danicâ Maal ſignificat. 1.
ſermonem, loqvelam (qvam vocem Danicam Avus meus in Etymol.
Da-

Danic. derivat à מצל ɔ: *mentitus est* :) 2. *mensuram*. Lingva Anglo Saxonica mael adjicit qvantitatibus, e. g. coicler mael ɔ: *tria coclearia*: Sic Belgis qvoq; Drymael ɔ: *ter*, Germ. dreimael atq; ita in omnibus numeris. Mælde verò in lingva Anglo-Saxonica significat 1. *concionem*. 2. *verbum* e. g. Genes. paraphr. corium en mælde ɔ: *in Nobilium conventu vel concione*. Idem ibidem: Godes thardum mælde ɔ: *Dei verba loqvebatur*: ut scribit Joan. de Laet in Lexic. Anglo-Saxonic. cujus exemplar MS possideo.

Haavamaals autor est Odinus.

Autor Haavamál putatur Odinus (sive Othinus) vir eloqventissimus & formosissimus, qvi Vates erat. Hinc illustre sibi peperit nomen, adeò ut in plagâ Septentrionali postmodum omnium Regum celeberrimus fuerit. Incessit ipsi cupido primùm Turciam relinqvendi, unde secum duxit magnum exercitum juvenum, virorum, mulierum, cum ingenti thesauro: Qvocunq; pervenit, multa præclara de ipso relata fuerunt, ut similior videretur Diis qvàm hominibus; Nec priùs sedem fixit, qvàm in Saxoniam pervenisset. Ibi per aliqvod temporis spatium commoratus est, & ejus territorii magnam partem in suam redegit potestatem, sibiq; asseruit & vindicavit, ibiq; tres suos filios Vegder, Beldeg, & Hengir constituit Præfectos. Tunc Odinus iter Septentrionem versus direxit & venit in Cimbriam, sibiq; totam illam terram pro lubitu subjugavit. Huic præfecit filium Skiold dictum; unde orta est familia Skioldungorum, qvi sunt Regum Danorum. Hinc Septentrionem versus migravit in Sveciam; ibi erat Rex dictus Gylfus, ubi percepit is adventum Asianorum, qvi vocabantur Æsar, eis obviam factus obtulit Odino, ut Regno suo pro lubitu uteretur. Hoc pactum prosperè adeò successit, ut qvocunq; pervenirent, & ubicunq; commorarentur, fertilitas & pax abundaret. Hæc Regio visa est Odino commodissima. Elegit igitur sibi locum civitati extruendæ idoneum, qvem vocabat de filii sui nomine Sigtum, sibiq; Regis titulum assumpsit & vocabatur Niordur. In Annalibus namq; extat, qvòd primus Rex Svecorum dictus sit Niordur, successorum omnium maximus.

De Odino qvinam scripsére.

De hoc Odino ut & de cœteris vetustissimis Danorum Numinibus legi possunt non solùm antiqviora monumenta, sc. Sax. Grammatic. histor. Danic. lib. I. *in histor. Hadingi pag.* 13. & lib. 6. *in hist. Frothonis IV. pag.*103. (ubi de industria de Diis borealium nationum agit), Prologi Eddœ Snorronis caput 3, Chronicon Norvegicum, *pag.* 2. *usq; ad pag.* 9. *cujus autor putatur* Snorro *Sturlæsonius Danicè editus*

tus Anno 1633 studiô Ol. Wormii; verùm etiam inferioris ævi scriptores, nempe Olaus Magnus Svecus *lib. 3. hist. cap. 3.*, Johannes Svaningius Danus, Serenissimi Regis Daniæ Divi Friderici II. qvondam historiographus *lib. 3. comment. prior. de reb. gestis Danorum (qvi libri de rebus Danicis MSS. etiamnum asservantur in Bibliothecâ Regiâ Academiæ Havniensis, Caps. Tertul. ordin. 2. nu. 13. 14. 15. unde Stephanus multa notatu dignissima excerpsit & in Notas suas ad Saxonem Grammaticum retulit, ut ipse ingenuè fatetur in Not: ad Saxonem pag. 16. lit. B.)*, Olaus Wormius *lib. 1. Monum. Danic. cap. IV*, Joannis Vastorii Gothi collectanea de Idolis Borealibus *in præfat. operis de vitis Sanctorum præfixa*, Arngrimi Crymogæ. *lib. 1. cap. 4. & 7*, ejusdem epistola ad Stephanum Stephan. scripta Anno 1632, & tandem Stephani Stephanii Not. in Saxon. Grammat. *pag. 134. col. 2. lit. F. ad pag. 144. col. 1. lit. F.*

M. Brynolfus Svenonius, vir raræ & reconditæ eruditionis, in collectaneis suis ad Saxon. Grammatic. statuit duos tresve fuisse Odinos hisce verbis: *Atqvi prius unoculum illum Odini similem genium asseruimus, cujus nos eqvidem sententiæ nondum pœnitet, qvi arbitramur ut minimùm duos Odinos, si non plures, extitisse. Primum Asianum, Thoro Asiano antiqviorem, qvi priscus dicitur, à Trojanis Regibus, à Saturno Cretensi originem traxisse; si fides est Genealogiæ vetustæ membranis inscriptæ, qvam inter frivola Templi Cathedralis Scalholtini superiore anno erui. Hunc Europam vidisse arbitror; ideoq; illum* Odin hin gamla / *hoc est priscum, qvi discrimem perpenderunt, nominant. Alterum* Upsalinum, *hunc credam cujus numen in Sveonia & Septentrione eximiè cultum est (cujus mentio fit in Saxon. Gramm. lib. 1. histor. Danic in histor. Hadingi pag. 13.) Norvegiam non accenseo, qvæ licet Odinum coluit, non videtur illi tamen, sed Thoro, tanqvam tutelæ, præcipuos honores detulisse. Verum enimverò aucta superstitione miserorum hominum, & Dæmonum astutiâ superbiam ex vanitate aggerante; utriusq; numen in unum confusum puto, & in commune, qvod singulis prius erat proprium, collatum. Qvin imò tertium ex his Saxonis verbis elicere videor, cujus secessu Mithothin qvidam præstigiis celeberrimus dictus à suis, Odinus; verùm qvia in Odini prioris numen cultumq; irruperat, Mid-Odinus, id est, Medius Odinus, ad differentiam dictus, cùm confusus ille commistusq;, ut opinor, è prisco Asiano, & posteriore Asiano qvidem etiam illo, sed profugo Europæo, & Upsalense facto, ante Mid-Othinum religiosè cultus sit, & postea etiam ab exilio regressus, omnes qvi per vim aut malam fraudem, nomen & numen hoc usurarium obtinuerunt, velut tenebras superveniente numinis sui fulgore discusserit, ut Saxo loqvitur. Atqvi cùm Mith-* Odini tres.

Othinum in Fioniam, jam nunc, ut puto, in ordinem redactum, ut lateret, dicat secessisse: videant Fioni, an suam Othoniam ab illo Præstigiatore, an ab illo altero Archimago, denominatam malint. Hæc Brynolfus. Auctor v. hic noster erit Odinus Upsalinus.

Haavamaal qva de re agit.

Haavamaal continet præcepta Ethica & sana consilia præsertim circa divertentium hospitia; ubi Odinus etiam suum iter, uti successerit, obliqvè enarrat & historiæ partem immiscet.

De Haavamaal judicium Wormii.

De hoc tale est Ol. Wormii judicium *in literat. Runic. cap. 3.*: Elegantissimus est hic tractatus Haavamaal dictus, præceptis Ethicis & Politicis refertus, dignus qvi non solùm lingvâ Runicâ sed & Romanâ legatur.

Ex Haavamaal observatum apud Danos olim Collegia Runarum fuisse.

Ex hoc Haavamaal olim apud Danos fuisse Collegia Runarum (*in qvibus aliqvis præsidebat & ex Cathedra docebat auscultantibus aliis*) observavit Wormius *liter. Run. cap. 3.* ubi ait: Qvinimo integra, qvibusdam in locis, Runarum Collegia extitisse haud obscurè innuit Haavamaal/ ubi Stroph. 100. & 101. de ejusmodi Collegiis Runarum disserit hâc verborum formâ: *Tempus est, ut cessem loqvi in Cathedra qvæ sita est ad fontem* Urdur, *vidi & tacui, vidi & annotavi, auscultavi qvid loqveretur, qvi præfuit sacris monumentis Runarum, qvi etiam solis consilia dedit in aula sublimi, & sic dixit.*

Ex Haavamaal videtur varias esse vocis Runæ significationes.

Ex hoc eodem Haavamaal varias esse vocis Runæ significationes etiam observavit Vormius. d. cap. ubi ait: In Haavamaal hin gamle &c.

III. Runa Capitule.

Eddæ hujus caput tertium appellatur Runa Capitule, qvod est de Magia Odini, in qvo octodecim enumerantur genera Runarum Magicarum, qvarum mirandi qvoq; recensentur effectus.

Runarum vocis significationes duæ.

Vox Runar *fœm. gen. plur. num.* significat 1. *Literaturam veterum, qvæ etiamnum passim extat.* 2. *Magiam Runis expeditam.* Run secundùm Gudmundum Andreæ habet duas significationes, qvarum 1. est *Runa* ɔ: *litera Runica* 2. *Runa* ɔ: *Uxor.* In Haavamaal Stroph. 104. mentio fit Runarum, ubi Run est Litera Magica, ligno per stylum vel cultellum exarata, qs: Runnn per Syncopen Run ɔ: eruta; Rya ɔ: eruere, evellere; Runing vel Ryingɔ: evulsio. Aliàs de voce Runer legi potest Literat. Runic. Worm. cap. 1. 2. & 3. In Lexico Anglo-Saxon. Joannis de Laet Runlier ɔ: mysticè: item Run ɔ: scriptura. Paraphr. Bibl: MS. de Balthasare: et mysten arædan run cræftige men de scriptura ad parietem.

Runicarum literarum genera duo.

Runicarum literarum duo etiam sunt genera; Unum earum, qvibus ad animi sensa exprimenda, res gestas consignandas, Heroum fortia facta prædicanda, aliaq; necessaria utebantur Runæ,

atq;

atq; in hoc genere literati: Ab hisce Runis lingva Danica antiqvitùs Runamaali appellata est. Alterum genus qvibusdam Magicis incantationibus cumprimis deditis familiare extitit. Hosce characteres Ramruner (ɔ: Runas amaras & acerbas) vocarunt, eò qvòd molestias, dolores, morbosq; aliáq; pernitiosa hisce infligere inimicis soliti sint Magi. Runæ istæ Magicæ in Glossario priscæ lingvæ Islandicæ (*qvod MS. penes Stephanum Stephanium erat, ut ipse in Notis ad Saxon. pag.116 .lit.B. fatetur, qvodq; ab ipso ibidem citatur pa. 98. A. 116. B. 117. B. 146. E. 154. F. 156. F. 193. D. 226. A.*), nec non in Historiâ Sigurdi Jofnis bana (*qvi Aslogiæ secundæ conjugis Ragn. Lodbroci pater erat*) in septem seqventes species dispescuntur 1. Sigruner ɔ: *Runas Victoriales*, 2. Brunnruner ɔ: *Runas fontanas*. 3. Målruner ɔ: *Logo Runas*. 4. Aulruner ɔ: *Runas cerevisiarias*; 5. Biarguner ɔ: *Runas auxiliatrices*, 6. Limruner ɔ: *Runas arboreas*; 7 Hugruner ɔ: *Runas cordiales*. De singularum harum Runarum Magicarum usu nec non de aliis ad Runas veterum Danorum & Magiam Runicam spectantibus vide Notas Stephan. *in Saxonem Grammat: pag.* 45. & 46; item Ol. Wormii Lexic. Runicum *pag.* 108. 109. 110. 111; item ejusdem literat. Runic. *cap.* 5. ubi citat Run. Capit. Stroph. 5. Hujus Runo-Magiæ periti fuerunt Viri magni, qvam etiam pro occasione exercuerunt, *ut patet ex historiâ Egilli Scallagrimi Islandi pugilis fortissimi*. De hujusmodi Runis Magicis est hic tractatus dictus Islandicè Runa Capitule. Runarum Magicarum species septem.

Capitule est masc. gen. significans 1. caput sive capitulum libri, 2. Calabriam, Curiam. Capitule significationes duæ.

Cicero *lib. 2. de divinatione* scribit, neminem Persarum Regem esse potuisse qvi non antè Magorum disciplinam scientiamq; percepisset. Tanto in honore & admiratione habebantur præcepta Magica. Qvid a. veterum Magia & qvi Magi fuerint, è Platone, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Luciano, Cicerone & aliis infinitis cuiq; repetere licet. Ut breviter dicam, Magi Theologiam simul cum Physiologia tractabant apud Persas, Sacas & Medos, qvemadmodum Brachmanni & Gymnosophistæ apud Indos, Chaldæi apud Assyrios, ἱερογραμματεῖς apud Ægyptios, Levitæ apud Judæos, Rabbini apud Hebræos, Ereobutadæ apud Athenienses, Etrusci apud Romanos, Druides (qvos Gesnerus in Mithridate p. 33. à Runis derivat, qs. die Runende ɔ: Philosophiam & Magiam naturalem tractantes) apud Gallos & Germanos, Aggripæi item Arii & Calvi apud Scythas, Ariumphæi apud Hyperboreos, Turdetani apud Hispanos, & Runæ apud Danos. Magi olim qvales. Rabbini apud Hebræos.

Edda Snorronis qvænam. Eddæ recentioris auctor statuitur Snorro Sturlæsonius (sive Sturlonius) qvi hanc Eddam ex priore priscâ Sæmundinâ congessit, eamq; interpolavit, certôq, consiliô ad Poësin accommodavit.

Eddæ appendix est Scalda. Edda plerumq; adjunctam sibi tanqvam individuam assestricem habet Scaldam, Danicæ poëseos vetustissimæ ingeniosum promptuarium.

Scalda qvæ. Scalda metrorum & Rhythmorum leges continet.

Scaldri qvi. A Scalda vetustissimi Danorum Poëtæ olim dicti sunt Scaldri, qvi carminibus seu Rhythmis res gestas sui seculi Heroumq; illustria facta complexi sunt. Hinc Poëtæ veteres eo loco apud Reges & Principes antiqvitùs fuerunt, qvo jam Consiliarii, Literati aliiq; prudentiâ & rerum usu præstantes. Unde Magnates res prudenter à se gestas Rhythmis ejusmodi Poëticis (Visser ɔ: *Sapientum opera* dictis), tanqvam sapientiæ qvibusdam flosculis conspergi & ad posteros propagari operosè studebant. Ac qvò qvis laudis & æternitatis amore ardentiùs flagrabat, eò plures ac præstantiores in hoc genere sibi devinxit, secumq; domi forisq; tam pacis qvàm belli tempore circumduxit ut res gestæ meliùs ab illis describi possent. Rhythmi numerô 62 veterum Danorum & Norvegorum tam Principum qvàm aliorum Magnatum & celebrium Scaldrorum, collecti partim ex historia Ragnari, partim ex historiâ Haraldi Sigurdi, partim ex relationibus Comitum Orchadensium, partim è navigatione Ragvaldi Comitis in terram Sanctam, Islandicè & Danicè extant in Biblioth. Wilh. Wormii.

Scaldæ γνωμη de literis Danicis. Scaldæ autor (qvi secundùm Arngrimum *Crymog. lib.* 1. circa Ann. Chr. 1216. vixit) Valdemarum secundum Daniæ Regem (dictum Sejer) literas Danicas, recentioribus jam notis adauctas, hac γνωμῇ comprehensum esse refert: Sprengt manes høg stydi tunt Boll. Voces verò hæ hoc volunt: *Ruptum Viri mentum, aversatus idcirco pilam;* & indicant pilæ ludo qvempiam mento vulneratum fuisse. De pilæ lusu vide Arngr. *lib.* 1. *Crymog. cap.* 6.

Scalda citatur à Wormio. Scalda aliàs sæpissimè citatur à solertissimo & felicissimo antiqvitatum Danicarum vindice Olao Wormio *in literat. Runic. cap.* 13. 14. 17. & 24. unde varia ad literaturam Runicam pertinentia probat & illustrat.

Scaldrorum catalogus. Scaldrorum celebriorum, qvi in Daniâ, Norvegiâ, & Sveciâ olim floruerunt, catalogus in veteri qvodam Codice membraneo MS. lingva antiqva Danica consignatus sed in lingvam Latinam à Cl. Ol. Wormio translatus, extat in appendice literat. Runic.

nic. *à pag.* 219. *ad p.* 227. qvò Lectorem remitto. Nonnulli etiam partim à Magno Olai in discursu de Poësi recensentur, qvi legi possunt *in d. lit. Run. pag.* 180. *&* 181; partim à Stephano Stephanio *in Not. ad Saxon. Gramm. pag.* 12. *&* 13.

De Eddâ & Scaldâ Arngrimus Jonas *in Epist. ad Doct. Ola. Wormium scriptâ, mihiq; à filio Doct. Wilh. Wormio communicata* ita disserit: *Scalda est liber de arte Poëtica Islandorum, qvi est qvasi praxis Eddæ, ut Edda inventionem, Scalda usum vel artem adjuvet.* Hæc ille. Eddæ & Scaldæ descriptiones breves.

Summatim ut dicam: Edda est Mythologia Poëtica Veterum Islandorum: Scalda verò Metrica sive de ratione Metrorum variisq; carminum generibus.

Edda Snorronis est fons & fundamentum fabulosum, unde Veteres Islandicæ gentis Rhythmistæ (dicti Scaldrer) obscuras rerum appellationes & copiosos poëticæ elegantiæ modos extraxerunt. *Vel*: Edda est ars ex antiqvissimis ingeniosorum hominum fabellis, variè adinventis rerum appellationibus, docens Danicam Poësin antiqvam, vulgo obscuram, sapientibus auditu jucundam & artificiosam exercere & exhibere; qvæ instar jugis fontis veteres suggerit & novas semper gignit voces ad rem Rhythmicam facientes, omnibus insignibus Poëtis utilis, qvi illam dextrè volunt scrutari. Eddæ Snorronis descriptio prolixior.

Prisca Danica Lingva præter dialectos, qvas regionum & locorum diversitas vicinorum qvoq; commercia peperisse videntur, peculiarem qvandam habuit Poëtis & Rhythmistis solùm familiarem, qvam (cùm Tropis, Allegoriis, Mythologiis aliisq; Emblematis fuerit refertissima) non qvivis è vulgò capiebat, sed ii solùm qvi Poeticô afflati erant spiritu & ingenio acriori. Hujus specimen in Epicedio Regneri Lodbrogi Regis victoriosissimi (qvod ipse morti jam vicinus circa Annum Chr. DCCCLVII, Imperatore Ludovico II, cecinit) exhibetur ab Ol. Wormio *in append. Liter. Runic. à pag.* 182. *lin.* 16. *ad p.* 207. Tot Poesis antiqva Danica & Islandica peculiares sibi habet orationis flosculos, figuratas formulas, appellationes rerum diversas, ab antiqvis fabulis venustè, variè, obscurè deductas, ut in illa lingva peregrinus eas explicare non possit. Ipsi Islandi Poëtico non afflati spiritu, veterum Rhythmos aut etiam recentiores, ex Eddico fundamento compositos, non percipiunt. Ejusmodi Rhythmicum à communi remotum sermonem antiqvi Islandi & Dani Asamal i: *Asiaticum*, *vel Asarum sermonem* appellarunt, qvòd eum ex Asiâ Odinus secum in Daniam, Norve-


giam, Sveciam aliasq; Regiones Septentrionales invexerit, *de qvo Edda cap 3 Prologi circa fin.* Hæc a. lingva fuit nonnihil à communi illa remota, qvæ nuspiam in Septentrione purior adhuc asservatur qvàm in Islandiâ, Daniæ Insulâ famosissimâ.

Snorro hic qvis? Snorro hic filius Sturlæ, fuit vir eximius, prudens, eloqvens & ob singulares virtutes atq; authoritatem summam bis Islandiæ Nomophylax (sc. An. Chr. 1215. & 1222, *teste Arngrimo in Crymog. lib. 1. cap. 8.*). Is inter antiqvos primarios Poëtas Islandicos numeratur, qvi tempore qvatuor Norvegiæ Regum (sc. Sverronis, Ingebardi, Hageni Hageni F. & Hageni cognomento Galin) item tempore Ducis (dicti Skule) Poëtam egit. In hujus Snorronis potestate magna Islandiæ pars fuit qvam fratris ejus gnatus, nomine Tordkakali/Regi Hagenio postea subjecit. Anno v. 1219. valida Navi ad Norvegiam delatus, publica Islandorum negotia, qvæ suscepit, benè administravit & confecit, idq; tantâ prudentiâ, ut anno seqventi 1220. ab Hageno Hageni Rege missus sit legatus cum authoritate de transactione facienda inter Regem & Islandos.

Anno 1238. in aula Ducis, nomine Skule/ut Poëta Islandus inter alia carmen qvoddam de Odino cecinit, qvod Duci prædicto ita placuit, ut instructâ & ornatâ ipsius Ducis nave à Norvegia domum advectus sit, qvi anno 1240, Anno imperii Regis Hageni 25. à Gitzor filio Torvaldi in loco qvodam, Reqcholt dicto, interfectus est, relictô unô filiô cujus nomen erat Wracke/ qvi anno seqventi ad Regem Norvegiæ exul venit; *qvâ de re diductius agitur in historiâ Regis Hageni.*

Snorro alius. Est adhuc alius Snorro filius Torfinni Islandi, Karlsefne cognominati, qvem Thorfinno in Winlandiâ uxor Sigrida fœmina Grönlandica peperit. Thorfinno huic aliàs primùm nupsit Gudrida vidua relicta Thorsteini (qvi fuit tertius Erici Ruffi filius, Leifi & Thorvaldi frater), cum qvâ uxore Thorfinnus LX Socios asciscens in Winlandia (in qva frater Leifus non solùm tabernas possedit, verùm & tandem obiit), sedes fixas ponere decrevit, Winlandiamq; etiam salvus contigit. Exactô v. trienniô, in patriam, Islandiam nempe, variis illius terræ proventuum copiis onustus rediit. Grönlandiam qvoq; perlustravit, Norvegiam invisit & tandem ex Winlandia, Grönlandia & Norvegia in patriam reversus, prædium Islandiæ Septentrionalis Glombæ in Provincia Skagafiord emit, ibidemq; mortuo successit filius prædictus Snorro. Hic ædem sacram in Gloumbæensi villâ extruxit, cujus posteri hi memorantur.

Thor-



De hôc Thorfinnô plura extant in Arngrimi tr. de Grönlandiâ *cap.* 10. *&* 11. qvæ brevitatis causâ heic omitto.

Præter Eddam & Scaldam, Anno 1215. Islandicè scriptam, conscripsit eâdem lingvâ (post primum Norvagicum Chronicon, Kongbogen vocatum) Regum Norvagorum Chronologiam lectu dignissimam, dictam ex initialibus illius libri verbis Kringlu Heimsens/ collectam partim ex antiqvorum Poëtarum carminibus, partim ex traditionibus sapientum, partim etiam ex iis, qvas ipse vivus observavit & annotavit. Hanc ex Islandicâ lingva in Danicam hodiernam anno 1599 (id volente Axilio Gyldenstiern) translatam à Domino Petro Claudii, qvondam Pastore Undalensi, Canonico Stavangriensi & Præposito Ecclesiarum Listelehn/ Olaus Wormius studiosissimus antiqvitatum Patriæ conservator Anno 1633. in 4to, egregio publico in lucem edidit. Snorronis scripta.

Sed lubet non majoris lucis gratiâ sed curiositatis ergò de hac Edda Snorronis judicium Reverendi & Cl. Viri Arngrimi Jonæ Ecclesiarum Borealis Islandiæ Inspectoris fidelissimi, qvod datis ad Celeb. Olaum Wormium literis de Eddâ & Scaldâ perscripsit, subjicere: *Liber de arte Poëtica Islandorum,* inqvit, *Scalda dictus, est qvasi praxis alterius Eddæ, ut Edda inventionem, Scalda usum vel artem adjuvet, modò in his qvidem exemplis ars insit, & non potius Labyrinthus ingenii nescio cujus ostentandi gratiâ excogitatus. De qvo Labyrintho Rhythmico meritò* De Edda Snorronis judicium Arngrimi.

vitò statuam, qvod de Cretico olim Plinius sic scribens; Vesanam illam fuisse dementiam, qvæsivisse gloriam impe dio nulli profuturo. *Nihilominus hæc nostri qvidem Rhythmistæ, qvorum ingenium nobiliori scientiâ ali non potest, pro Oraculo habent.* Eadem Epistola Autorem Eddæ statuit Sæmundum Frode ɔ: *eruditum*, cùm tamen in Crymogæa *loc. cit.* dicat esse Snorronem Sturlæ filium; qvod etiam asseruit prædictus Wormius *in Præfatione Chronici Norvegici editi in 4to. Danicè* 1633. Stephan. in Notis ad Saxon. Gramm: *p.136. lit.B.* de autore Eddæ ita scribit: Eddæ libri de re Poëtica vetustissimi autorem faciunt nonnulli Snorronem Sturlæsonium, alii Sæmundum Frode.

Arngrimi Scripta: Arngrimi (qvi optimè de patriæ suæ antiqvitatibus meritus seniôq; tandem confectus diem suum obiit An. 1649) scripta sunt hæc seqventia. 1. brevis commentarius de Islandia scriptus contra Germanum nomine Gregorium Peerse, & excusus Havniæ in 8vo, An. 1592.

1. Commentarius de Islandia.

2. Crymogæa. 2. Crymogæa sive rerum Islandicarum libri tres editi Hamburgi in 4to, An. 1609. 20 Augusti, typis Philippi ab Ohr; & Anno 1610. typis Henrici Carstens: hâc tamen differentiâ, qvòd in prima editione extet Tabula de Dania ejusq; partibus (sc. Cismarina, intermarina & transmarina) qvæ in secunda ejus editione non reperitur. Conscriptus v. fuit hic tractatus An. 1603. qvo eum cum Historico Regni & cum Avo meo Johanne Pauli Resenio, eo tempore Academiæ Havniensis Rectore, communicavit, *ut patet ex Epist. dedic. ad Crymog.* Editio v. ad Annum 1609. delata est.

3. Anatome Blefkeniana. 3. Anatome Blefkeniana scripta in Islandiâ Boreali contra Dithmarum Blefkenium Germanum An. 1611. qvæ edita est in 4to Hamburgi ex officina Henrici Carstens 1613. & dicata illustribus Hollandiæ & Westfrisiæ Ordinibus.

4. Liber de Grönlandia necdum editus. 4. Liber de Grönlandia, in Crymog. pag. 149. & seqventi citatus, sed necdum editus, qvi MS. inter Codices MSS. Avi mei (p.m. Johannis Pauli Resenii qvondam Episcopi Sielandiæ) repertus, hodie in instructissima & verè Regia Regis nostri Friderici III. Bibliothecâ extat unà cum novâ Grönlandiæ tabulâ An. Chr. 1606. manu propriâ Episcopi Island. Dn. Gudbrandi Thorlacii delineatâ.

In hoc tractatu aliorum sententias, qvi in suis Insularum descriptionibus etiam Grönlandiam attigerunt, solicitè passim obvias non conqvisivit, in qvorum manibus Saxo Grammaticus, Munsterus, Crantzius, Mercatoris Mappa, Frisius, Ziglerus, Reinholdus, Neander, Myritius, & alii scriptores versati sunt: sed ea summatim collegit, qvæ in Islandica Gente historiarum studi-

diosi de Grönlandiâ sua lingva memoriæ tradiderunt, qvæ in hoc genere perqvàm exigua sunt & rara.

Tractatus hic XI capitibus constat, qvorum 1. Grönlandiæ Geographiam aliqvalem continet. 2. Grönlandiæ Topographiam habitabilem & Natalem. 3. Grönlandorum Reipubl. formam. 4. Grönlandorum Religionem. 5. Actus aliqvot diversos, qvibus res Grønlandiæ nonnihil attinguntur & illustrantur. 6. Nonnulla de Tormodo qvodam Islando, olim Regis Norvegiæ Olai Crassi aulico. 7. Ruffi cujusdam Islandi gesta in Grønlandia. 8. Gesta in Grønlandia ab An. 1120. ad An. 1131. 9. qvædã de Hellulandia, Marklandia & Winlandia. 10. Agit de Grønlandis qvi Winlandiam secundùm petunt. 11. Relationis Grønlandiæ & Winlandiæ autores complectitur. Libri de Grönlandia XI capita.

5. Judicium de divisione vocalium, qvod extat in Literat. Runic. Ol. Wormii pag. 92. 5. Judicium de divisione vocalium.

Discursus de Literis Runicis, qvi legi potest in Liter. Run. Wormii pag. 37. ad pag. 42. 6. Discursus.

Logogryphus generis Drottqvætt atmælt / qvi in appendice literat. Runic. Wormii reperitur à pag. 173. ad pag. 177. lin. 18. 7. Logogryphus.

Epistola ad Stephanum Stephanium An. Chr. 1632. scripta, continens catalogum Numinum Ethnicorum orbis Arctöi, qvæ extat in Stephan. Stephan. notis ad Saxonem pag. 141 & 142. 8. Epistola.

Codices hujus generis rari sunt & non ubivis obvii. Eddam Sæmundi è latebris circa annum 1640 eruisse præ se fert Vir plurimum Reverendus & Clarissimæ doctrinæ M. Brynolfus Svenonius, Episcopus Scalholtensis in Islandiâ australi dignissimus, *teste Stephano in Notis ad Saxon. Grammatic. pag.* 93, qvi scripsit eruditissima in Saxonem collectanea *teste Wormio in literat. Run. pag.* 26. (qvæ MS. extant hodie in Bibliothecâ Cl. Wilh. Wormii, mihi perhumaniter communicata, qvæq; à Stephano Stephanio in notis ad Saxonem Grammaticum sæpissimè ad testimonium citantur) qvi etiam in Autoribus Islandicis raris hactenus non editis, sed in Archivis qvorundam Doctorum in Islandia MSS. latitantibus, edendis fuit, & adhuc, quatenus ex ipsis Islandis percepimus, occupatissimus, *fatente hoc etiam ipso Ol. Wormio in Præfat. ad Lexic. Runic.* Eddæ Sæmundi & Snorronis Codices MSS.

Horum librorum Regi nostro Clementissimo antiqvissima sunt exemplaria in membrana, literis antiqvis exaratis, qvæ vetustatem insignem præ se ferunt qvoad literarum figuras & scriptionis normam. Hinc ex illis Codicibus lingvâ Islandicâ planè ac plenè in membranâ exaratis, nonnulla qvæ infra textũ in hac meâ editione exhibentur, adjicienda duxi.

k Ho-

Horum etiam librorum Viro diffusæ eruditionis & antiqvitatum Danicarum peritissimo Olao Wormio elegans fuit exemplar in folio, in membrana antiqvis literis scriptum, qvod donô prædicti Dn. Arngrimi Jonæ possedit, qvodq; celeberrimus celeberrimi Viri Filius Wilhel. Wormius Regius Regiæ Academiæ Havniensis Professor dignissimus mihi benevolè communicavit.

Eddæ Snorronis partes. Eddæ Snorronis partes, ut formam aliqvam artis habere possit, duas constituit Magnus Olai Islandus, sc: Mythologiam, & Appellationes rerum multiplices & obscuras, qvæ ex illa Mythologia sunt enatæ.

Voce Mythologiæ heic utitur Magn? Olai pro fabulis nō explicatis.

Mythologia habet Prologum, Fabulas 78 & Epilogum.

Prologi caput tertium & fabulæ in Codicibus antiqvissimis reperiuntur; Prologi vero cap. 1. & 2. item Epilogus ibi non extant, qvorum autor, ut mihi persvadeo, fuit Magnus Olai.

Fabulæ sunt depromptæ vel ex illusione Gylfi (qvi Regnum tenuit, qvod nunc Svecia dicitur) sive mendacio Haari; ut 49 priores fabulæ: vel ex fabulis qvas Bragus Ægerus in convivio Asarum retulit, ut 16 seqventes: vel ex aliis deinceps fabulis, qvibus, ut creditur, veræ aliqvot admiscentur historiolæ; ut ultimæ Sedecim Mythologiæ, desumptæ ex Hrolfo Krakio Rege Daniæ, (*cujus mentio fit in Edd. Mythol. 63 & in Saxon. histor. Danic. lib. 2. in histor. Rolvonis pag.* 31., ex Holgo Rege (*ex qvo Provincia Norvegica Halogia nomen accepit*), ex Frodero Fridleifi filiô Rege Daniæ, ex Hogna Rege ejusq; filia Hilda, & ex aliis.

Hoc verò benè notandum est, qvod Eddæ Autor imitatus sit modum scribendi qvô usus est Plato, & delusionem Gylfi pluribus exeqvatur per qvæstiones Gangleri & responsiones trium seqventium, sc: Haari (*qvi nominatur in lingvâ Islandicâ Alphodur*) Jafn-Haari, & Tridie (ɔ: tertii). In hoc autem dialogo per Ganglerum intelligitur Gylfus. Magnus v. Olai Mythologias numeris ita distinxit, ut cujuslibet Mythologiæ argumentum seu titulus sit ipsius Gangleri qvæstio. Inde faciliùs potest videri, unde qvædam rerum appellationes originem habeant, de qvibus in secunda Eddæ hujus parte agitur.

Plato primus dialogos introduxit, *teste Phavorino lib.* 8, *omnim. histor. item Laërtio de vita Platon*: At in commentariis tradit Phavorinus, sicut & Aristoteles *lib.* 1. *de Poet.*, Alexamenum Styreum sive Tejum dialogos primùm scripsisse: Alii ferunt Leonem Fleatem. Cœterùm Plato, judiciô Laertii, id genus expolivit adhuc alio-

qvin

qvin rude, atq; perfecit: cùm non dubium sit qvin alii ante Platonem dialogos nobis dederint, ita ut non solùm ornatæ & expolitæ orationis, verùm & ipsius inventionis dignissimè sibi primatum vendicet. Est a. dialogus ex interrogatione & responsione compositus de eâ re qvæ vel Philosophiam vel Reipubl. partes attingit cum decenti & congruâ expressione personarum, qvæ assumuntur, accuratâq; compositione verborum.

Eddæ Snorronis finis & usus.

Has Fabulas prisci Rhythmistæ in gratiam eorum composuerunt, qvi sermonem Poeticum discere cupiunt, copiamq; verborum ex antiqvissimis rerum nominibus sibi comparare annituntur, & obscuriùs editas & conditas cantilenas intelligere volunt. Etsi v. Asiatici res gestas ad Trojam depravarint, & fabulis involverint, ut gentes, ad qvas migrârunt, crederent illos Deos esse: Nemo tamen istas narrationes ita despiciat, ut ex Poësi veteres appellationes remotas velit, qvas usurpare placuerit Poëtarum Coryphæis & qvæ rei Rhythmicæ sint fundamenta, qvæq; ex hisce mythologiis variè & artificiosè deducuntur, ut ex posteriore hujus Eddæ parte qvodammodo apparet.

Utilitas hujus Eddæ non solùm ad Poësin se extendit, verùm etiam ad Philologiam, Historias & antiqvitates tum Danicas, tum etiam aliarum nationum. Islandi enim sunt optimi historici, & peritissimi antiqvitatum Septentrionalium & aliarum gentium, qvod Saxo Grammaticus in Præfat. Historiar. Danic. hisce verbis manifestè declarat: *Nec Tylensium (: Islandorum) industria silentio obliteranda: qvi ob nativam soli sterilitatem luxuriæ nutrimentis carentes, officia continuæ sobrietatis exerceant, omniaq; vitæ momenta ad excolendam alienorum operum notitiam conferre soleant, inopiam ingenio pensant. Cunctarum qvippe nationum res gestas cognoscere, memoriæq; mandare, voluptatis loco reputant, non minoris gloriæ indicantes alienas virtutes disserere, qvàm proprias exhibere; qvorum thesauros historicarum rerum pignoribus refertos curiosiùs consulens, haud parvam præsentis operis partem ex eorum relationis imitatione contexui, nec arbitros habere contempsi, qvos tanta vetustatis peritia callére cognovi. Nec minus Absalonis asserta sectando qvæ vel ipse gessit, vel ab aliis gesta perdidicit, docili animo styloq; complecti curæ habui; venerandæ ejus narrationis documentum proinde ac divinum aliqvod magisterium amplexatus.* Hæc Saxo. Unde liqvet non solùm Islandos habuisse olim innumeras variarum gentium historias, à se & ab aliis conscriptas, (qvarum tamen maxima pars injuriâ temporis intercidit), verùm etiam ex Eddâ & Scaldâ emanasse qvicqvid apud Saxonem tanqvam fabulosum tantoperè à multis culpatur, ita ut sta-

Eddâ, Scaldâ & aliis monumentis Islandicis usus est Saxo Grammaticus.

tuere liceat, ea qvæ de mirandis qvibusdam narrat figmenta non esse Saxonis, sed fabulosæ antiqvitatis asserta. Eum n. hisce in contexenda historiâ suâ Danicâ usum esse ipse fatetur in Præfat. histor. Danic. hisce verbis: *nec ignotum volo, Danorum antiqviores conspicuæ fortitudinis operibus editis, gloriæ æmulatione suffusos, Romani styli imitatione, non solum rerum a se magnifice gestarum titulos exqvisito contextus genere, veluti Poëtico qvodam opere, perstrinxisse, verum etiam &c.* & paulo pòst: *qvorum vestigiis seu qvibusdam antiqvitatis voluminibus inhærens tenoremq; veris translationis passibus æmulatus metra metris reddenda curavi, qvibus scribendorum series subnixa non tantùm recenter conflata qvàm antiqvitus edita cognoscatur* &c.

Qvemadmodum Fionia Daniæ insula dicitur à veteri Danicâ lingvâ Fion qvæ separationem denotat, qs: seperata terra; qvia à Jutia separata est freto Medel-farsund, à Selandia freto Beltis-sund: ut scribit Magnus Olai; aut ut vult Gudmundus Andreæ à Fynn/fyn/fynt ɔ: venusta, eximia: Sic Selandia in Edd. Mytth I. vocatur bis Sælund qs: maris lucus, (qvæ Saxonibus & veteribus Sialandia scribitur ab antiqvo Siá vel Sió, qvod nunc dicimus Søe ɔ: mare vel Oceanus), de cujus Insulæ orgine ibidem docetur. Hinc in veteribus MSS. Selandia Danorum passim vocatur Sælundur. De eâdem hac Selandiæ appellatione ita scribit M. Brynolfus Svenonius Islandus Episcopus Scalholtensis in collectaneis ad Saxon. Grammaticum: *Constantissimè Danici regni Insulam florentissimam & de me optimè meritam SIALANDIAM, non modò Saxo per hoc Opus universum, verùm omnes antiqvæ membranæ, non SÆLANDIAM, scribunt. Qvarum non paucissimis, fortè cum viderim, varias Historias complexas, omnes in tantâ rerum varietate de nomine insulæ SIALANDIÆ consensum servant. Prædonum Julinensium Historia, qvam* Jomstvijkinga bardaga *nos vocamus, in plurali numero,* Stalønde/ *& antiqviora alia monumenta nominant: qvo Sveno Tiufskeggi Piratas istos invitavit & magnificè habuit ubi illos per vinum ad conjurationem Norvegianam compulit. Posteà verò lingvæ puritate inclinante, SÆLANDIA pro SIALANDIA scripta est; eâdem nominis tamen notatione conservatâ videlicet à circumflui maris, cui velut immersa regio jacet, viciniâ, & incolarum à maritimis negotijs, piscatu, mercatura, prædationibus, præceptis commodis, deductâ nominatione. Qvam penitùs adulterarunt nonnulli, dum SÆLANDIAM à frugum proventu sic dictam, quasi SÆDLANDIAM, maluerunt, contrà Antiqvitatis, ut modò nunc diximus, fidem, qvæ constanter SIALANDIAM, qvasi dicas χῶϱαν πάϱαλον maritimam regionem, & vocavit & scripsit. Neq; tàm licenter literam d extrivisset, atq; novitij crediderunt, si SÆDLANDIAM* un-

unquam nominassent. Quare Codicum omnium (dicere audebo) fide subnixus, & Analogiæ probabilitate, & incolarum studio, quod antiquitus splendidius longè habitum est, si prædationibus & incursionibus navalibus insumeretur, quàm si in agricultura, re nimiùm ab illis moribus ob innocentiam & quietem alienâ despectâq; collocaretur, nostram hanc sententiam affirmare non verebor. Quod dum facio, dilectissimæ nobis Insulæ sua bona à felici terræ proventu nequaquam invideo; sed militiæ, præsertim navalis, negotiationis laudem, atq; studium piraticæ rei illis temporibus laudatissimæ, nobilitatem illi asserere videbor. Hactenus Brynolfus. Hanc qvoq; Insulam Daniæ famosissimam, dictam Selandiam, non solùm lucum maris, verùm lucum totius Daniæ esse indicat Saxo Gram. in Præfat. histor. Danic. hisce verbis: *Post Jutiam Insula ad orientem versus Fionia reperitur, quam à continenti angusti admodum æquoris interjectus abrumpit. Hæc sicut ab occasu Jutiam, ita ab ortu Sialandiam prospectat, conspicuâ necessariarum rerum ubertate laudandam, quæ Insula, amœnitate cunctas nostræ regionis provincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur, ab extimæ remotionis limite pari spaciorum intercapedine disparata.*

Saxo Grammaticus *lib. I. histor. Danic.* tradit à Skioldo qvarto Danorum Rege cœteros Daniæ Reges communi qvodam vocabulo Skioldungos nuncupatos esse. Edda v. *in Prolog. cap. 3. circa fin.* aliam appellationis hujus originem adducit, qvod Reges Daniæ dicti sint Skioldungi ex Skioldo Odini filio, idq; hisce verbis: *tum iter Odinus à parte Saxoniæ Boreali suscipiens, pervenit in terram, tunc dictam Reidgotaland, ubi omnia ex voto & animi sententia successerunt. Huic regioni præfecit filium suum Skioldum, cui filius fuit Fridleifus. Ab ipso genus & prosapia Skioldungorum profluxit, hoc est, Regum Daniæ. Jutia autem nunc appellatur, quæ tum Reidgotorum terra dicebatur.* Hactenus Edda. Arngrimus v. *in epist. ad Doct. Ola. Wormiũ* aliam hujus vocis rationem dat; *Vox* Skioldur *Clypeum sonat: unde* Skioldunger / *quasi Clypeatus; nomenclatura Regibus solis Synechdochicè data & debita, quod hi clypeo & armis præ reliquis pollerent. Dicti ita præcipuè Daniæ Reges. Inde ad alios etiam Reges appellatio à Rhythmistis extendi cœpit.* Hactenus Arngrimus. Huc pertinet observatio Brynolfi Svenonii de Schioldungis, qvam conjectanea ipsius in Saxonem nobis suppeditant: *Moris videlicet tunc erat, ut insignem ab aliquâ virtute Principem cùm celebrarent, Poëtæ inprimis: etiam posteris ejus nomen, quo visi erant ipsum honorasse, tribuerent. Sic à Budlone, Brynhildæ Atlonisq; patre, Budlungi; à Giukone, Sigurdi Fanesbani Socero Giukungi; à Scatone, Rege liberali quivis liberaliores, Skatnar dicebantur. Verùm Poëtica ista fu-*

erunt & elogia & Epitheta. Ità per Synechdochen speciei Reges *omnes à Gramo*, Skioldi *filio, denominati : quod ipse* Saxo *postea docet, & plenæ sunt horum novæ juxtà ac veteres Cantiones.*

Saxo Gramm. *lib.I.histor. Danic.* docet qvod in vetustissimis Danorum carminibus Gram, Regis V. Daniæ, vocabulo Regia nobilitas censeatur. Hoc probatur ex Edda, ubi de Regum Synonymis agens, trium Poetarum sc: Arneri Skald, Ottari Nigri & Halfrodi auctoritates citat, in qvibus pro Rege ponitur Gram.

Arnerus Skald de Barone Thorfin hæc cecinit:

Nemi drot hur Sia Sotti
Snarlindnr Kongur Jarla
Ei draut vid egi
Of vagian gram begia.

ↄ: *Observet cohors quæ spectatum venit*
Generosum Regem Baronum,
Non defecisse ad littus
Acerrimo Regi resistere.

Ex Ottaro Nigro hæc adducuntur:

Godmennes darf eg gunar
Gud briotanda ad mota
Har er alnemen ini
In drot med Gram Svinum.

ↄ: *Perito opus habeo ô viri*
Intercessore.
Milites bellicosi intus sunt
Satellitesq; apud Regem celebrem.

Halfrodi versus sunt:

Grams Runi Letur glymia
Gunrikur hin er huot Likar
Hogni hamri slegnar
Heipt bradur um sik vader.

ↄ: *Regis aulicos excitat strepitum*
Gunericus ubi receptui canitur,
Hugonis malleo diverberatos
Iracundus invadit.

In Epinicio qvoq; Egilli Scallagrimi duo habemus exempla; qvorum primum est in Stropha 5:

Var at villustadar
Vasur Daradar
Of Grams gladar

Geir vangs radar
Dars i Blode
J brimle mode
Flaustur of drunde
Vad um glumde

✠ *Pergebat avii loci*
Tela Daradi
Per Regis læta
Cadavera
Ubi in cruore
In mari
Navis pernavitavit
Vulnus circumsonuit.

Alterum in 2 Stropha conclusionis:

Bar eg Deingils Lof
A dagna rof
Kan eg mæla miot
J manna siot
Or blatra ham
Hrodur ber eg Gram
So for dat fram
Ad flestur opnam.

✠ *Protuli Regis laudes*
In silentii ruptura
Novi loqvi in medio
Ut plurimi exciperent.
Ex risus exsuviis
Encomiasticon fero Regi.
Ita processit
Ut plurimi exciperent.

Odinum altero orbum oculo describit Saxo *lib. 1. 2. & 7. histor. Danic.* Tali namq; schemate, nempe unoculi cujusdam Polyphemi & capularis senis, plerumq; apparuit, qvoties e vanida imaginarii hujus Dei majestas sese fascinato officiis suis vulgo spectandam exhibere dignata est. Causam v. hujus in Odino μονοφθαλμίας edocere nos videtur Edda. Fingit n. Odinum venisse aliqvando ad Mimerum, fontis sapientiæ possessorem, atq; haustum expetisse; qvem cùm impetrare haud potuit, oculum suum oppignoravit. Concessâ facultate ubi bibit, sapientiâ & intellectu eximio ornatus est. Qvum igitur unum oculum Odinus oppignoraverat, qvem fortè nunqvam receperat, haud adeò mirandum, qvòd uno destitutus oculo toties apparuerit. Hac de re ita scribit Brynolfus Svenonius in conjectaneis ad Saxonem: *Magorum omnium unus instar Odinus posteris fidem fecerat, opem laturum se suis, cùm in periculis constituti auxilium postularent. Cujus rei eventus, post illius excessum, non ratò miseros mortales delusit, sæpius enim conspectus est vario indutu: læna plerumq; talari, nunc versicolore, ut Sigismundo naviganti; nunc cæruleâ, ut cùm ad nuptias venit, atq; ensem ligno impegit, ac tacitus discessit, quem ne-*

mo

ino postea præter Volsungum extrahere potuit. Qvum autem sæpius appareret, semper ab hâc, qvam Saxo *narrat, formâ cognitus est, canitie venerandâ, luminis orbitate, qvod scilicet vendidisse dicitur* Saxicolæ *cuidam fatalis mulsi potu, qui inexhaustam sapientiam attulit, ut Eddam volventibus notum est.*

Balderum corporis firmitatem ne ferro qvidem cedere perhibet Saxo *lib. 3. histor. Danic. in hist. Hotheri.* At non ferrô tantùm sed ne ullo qvidem telorum genere lædi potuisse sacrosanctum Balderi corpus testis est Edda *Mytth.* 43. Interim tamen Balderum ab Hothero tandem vulneratum esse & qvidem lethaliter asserit Saxo *lib. cit.* Causam hujus rei docet utraq; Edda sc: Sæmundi & Snorronis, qvæ est hæc: Balderus non adeò inviolabili corporis firmitate præditus fuit, qvin lædi potuerit tenui & speciosâ spinâ, sive arbusculâ Mistiltein dictâ, qvam nonnulli *viscum qvercinum* (*qvo nihil sacratius olim apud veteres Druidas fuit teste* Plinio) alii *tiliam* interpretantur. *Hac de re legi potest Volusp. Stroph.* 31. 32 *& Mytholog.* 43. Dani verò Balderi fortunam publico mærore prosecuti sunt teste Saxone *lib. cit.*: At secundum Eddæ *Myth.* 43. 44. 45. non solùm homines fatum Balderi deploraverunt, sed & res ferè omnes aliæ etiamnum lachrymis cordolium testati sunt, cùm repentè ex hyberno frigore in vaporarium illatæ sudant.

Thoronem inusitatô clavæ libratu cuncta clypeorum obstacula lacerasse scribit Saxo *lib. 3. hist. Danic. in histor. Hotheri.* Sic malleum, Miølner dictum, Islandicæ antiqvitates Thoroni tribuunt, qvô nihil non creditus est minuere posse qvantæcunq; duritiei foret; unde etiam dictus est Miølner ɔ: *comminutor* Mylia ɔ: *terere & in frustilla comminuere.* Hinc Edda *Myth.* 19.: *Possidet Thoro clenodia tria; Malleum videlicet* Miølner *dictum, qvem Hrymthussi & cyclopes vibratum sentiunt: Deinde Baltheum fortitudinis &c.: Manicas deniq; ferreas &c.* Item *Mytholog.* 59. *Malleo Thorum donavit (Lokus) dicens; eum ad pulsandum gigantes valere, nec projectum in ictu deceptum iri reversurumq; dicto celerius in manum jacientis, etsi instar catapulæ longissimè avolârit: Et si quis velit tam parvum futurum, ut in perâ servari possit. Esse a. vitium qvod procapulum videretur breviusculum. Hoc v. judicium erat Asarum, malleum harum rerum esse optimum &c.*

De Odino ita scribit Saxo Grammatic. lib. 3. hist. Danic.: *At Odinus nihil amantium studiis perseverantiæ robore efficacius expertus, qvanqvam geminæ repulsæ ignominiâ effectus fuisset, tertiò* Regem *priori specie confusa, perfectissimam rei militaris industriam professus accessit. Eun-*

dem in hanc curam non voluptas modò, sed etiam demendæ ignominiæ cupido perduxerat. Ità præstigiarum peritis versili vultu varios habitus præ se ferendi promptissima qvondam potestas incesserat. Qvippe præter naturalem corporis speciem, cujuslibet ætatis statum simulare callebant. Ideo senex jucundum professionis suæ spectaculum editurus, inter promptissimos insolentiùs obeqvitare solebat. Nec eo qvidem officii genere puellæ vigor inflecti potuit. Sic Odinus insignis architectus omnium præstigiarum extitit, qvi nunc ut accipiter, nunc aqvila, nunc serpens apparuit, *teste Edda Myth.* 51. *& alibi.*Ità & Locas, anus, eqva, esox, salmo, & nihil non, qvoties placeret, esse potuit, *eâdem teste Mythol.* 46. 47. 59. 69. *& alibi.* Itaq; prisci venefici non solùm homines pro arbitratu exprimebant, ut patet è Saxon. *l.c.* qvod at skiffta litum ɔ: *colores mutare* dixerunt: verùm etiam bestiarum formas assumserunt; qvales artifices Hamsleypur ɔ: *cute vel corpore excurrentes ac velut desultores qvidam* vocati erant.

Qvæ Saxo *lib* 6. *hist. Dan. circa finem historiæ Fridlevi* de Parcarum Oraculis & ternis Nympharum sedibus ac responsis in medium affert, ea omnia eum ex Eddæ Myth. 15. deprompsisse manifestum est. De Parcis ita cecinit magnanimus Regnerus Lodbrog morti jam vicinus, *ut liqvet ex ejus epicedio*:

Hitt siunist mier ranvar
At forlogum fylgium
Far geingur um Skop Norna
ɔ: *Hoc videtur mihi revera,*
Qvòd fata seqvimur;
Rarus transgreditur fata Parcarum.

Ugarthiloci mentionem qvoq; faciunt Saxo *lib.* 8. *hist. Danic. circa finem histor. Gormonis* & Edda *Myth.* 39. 40. 41.: Edda verò omnia fere attribuit cuidam Achuthoro seu Asathoro, qvæ Saxo de Torkillo commemorat. Hanc narrationem nonnulli exponunt de itinere à Torkillo, jussu Gormonis Regis Daniæ, suscepto vel in extremâ Biarmiâ, dictam Danicè Troldboternes Land (cujus incolæ olim non solùm erant Idololatræ, verùm etiã magi ac venefici, unde ab iis tot præstigiæ, *qvarum meminit Saxo*, Torkillo sociisq; objectæ fuerunt; de qvo itinere factô tempore Gormonis Regis Daniæ, qvi imperavit ab An. Ch. 715. ad Annum Ch. 764, legi possunt Saxo Grammaticus à Stephano editus *lib.* 8. *hist. Danic. à pag.* 160 *ad pag.* 166. Arnold. Hvitfeld. *histor. Danic. Tom. I. in Fol. pag.* 16. Claud. Lyschandr. Chronicon Grönland. *editum Danicè Havn. in 8vo* 1608, *pag.* 16, *numeratâ à Titulo libri*, ejusdem synopsis historiar. Da-

nic. *dicta* Danske Kongers Slectebog *pag.* 175, & Joh. Jani Svaningii Chronol. Danic. *pag* 60. 61) vel in aliam qvandam Insulam longè dissitam, forte Islandiam vel Grönlandiam, ubi tale Ugarthilochi idolum colebatur. Alii sub hâc Mythologiâ veram historiam religionis Christianæ primùm in Daniâ per Torkillum introductæ latere putant; qvippe qvi per varias Regiones, Ethnicismi tenebris densâq; caligine adhuc oppressas, longinqvâ peregrinatione susceptâ, tandem in Germaniam Christianis tunc sacris initiatam, *ut ait Saxo l. c.* appulit, & apud ejus populum divini cultus rudimenta percepit, qvæ mox domum reversus, in Patriâ sc: Daniâ propagavit."

Historici Islandici.

Qvantô v. studiô cognoscendis aliarum nationum rebus gestis incubuerint Islandi, colligere licet ex illis, qvæ hodiè superant monumentis magnoq; in pretio in Islandia habentur. Talia sunt Grettha (*historia Gretteri Asmundii, qvæ allegatur à Stephan. Stephan. in Not. ad Sax. Gramm. pag.* 48. *lit. F. & pag.* 114 *lit. D. E.*) Niala, Olafs Saga (*historia S. Olai Regis qvæ MS. extat in Bibliothecâ Wilh. Wormii*), Egla (*historia Egilli Scallagrimi Islandi qvæ citatur à Stephano Stephanio in not. ad Saxon. Grammati pag.* 116. *B. C. D. E, cujus genealogia extat in Crymog. Arngrimi lib.* 2. *pag.* 120, *ubi ejus vita describitur usq; ad pag.* 136. *Ejus qvoq; elegans & celebre carmen, (in Epinicio in laudem Regis Erici Blodoxe, cujus filium trucidaverat) ex tempore decantatum in Appendic. literat. Runic à pag.* 207. *ad pag.* 218. *Wormius explicat; qvo carmine Egillus tantum obtinuit, ut jam capite plectendus, vitâ & libertate donatus sit. Ejusdem Epinicii duæ Strophæ allegantur à Stephano Stephanio in Not. ad Saxon. Gramm. pag.* 33. *item pag.* 70. *F.*), Qvæda Egla (*Relatio Egilli*), Jarla Saga, Bica Saga, Isfyrdinga Saga, Bardamanna Saga, Halfrodar Saga (*Halfrodi historia*), Olafs Tryggvarsons Saga, Rauds dettur (*historia Raudonis qvæ est particula historiæ Olai Sancti*), Eyrbyggia (*historia, memorans qvo pacto occidentalis Islandiæ tractus primò ab incolis sit occupatus*), Rögvalds dettur, Orkunsaga (*Orcadensium historia*), Orms Saga, Ragnars Saga, (*Regneri Lodbrog Regis historia, cujus Epicedium, qvod sibi ipse, morti jam vicinus, cecinit in Angliâ Anno Christi DCCCLVII, Imperatore Ludovico II, extat explicatũ ab Olao Wormio in appendice lit. Run. à p.* 182 *ad p.* 207), Arnon Skald, Knitlinga Saga (*historia qvorundam Regum Daniæ à Svenone Estritio filio Baronis Wlff ad obitum Woldemari Canuti filii*, qvæ Islandicè & Latinè MS. extat in Biblioth. Wilh. Wormii), Kröka refs Saga (*Refi historia, qvi fuit Islandus, & in Grönlandia primùm vixit, sed cùm propria manu in Grönlandia crudelem infamiam cæde qvinq; virorum ultus, solum*

ver-

vertere coactus esset, Norvegiam cum uxore & tribus filiis tempore Regis Haraldi cognomento crudelis, inq; viciniam domus Regiæ, quæ Nidrosiæ erat, propria navi vectus sese contulit, & solitariam domum (*Skiemmu dictam*) *ad inhabitandum conducens, nomine mutato ac facie, barbam candentem alligans, caniciem simulavit, cœruleo indutus pallio, corioq; cinctus pro peregrino mercatore habitus, Narvum se vocavit; de qvo Refo memorabile aliqvid legitur in Lexico Runico Wormii à pag.134. ad p. 140. Nomen v. ejus proprium fuit Refur* ɔ: *vulpes,* (*sicut hodie nonnulli vocantur* Fos/*qvod Germanis Vulpem sonat*) *qvod cognomine prolongavit ut diceretur Króka Refur*) Sigurdur Skald, Viglunder (*sive Wigaglums*) Saga, Hafvisbani (*sive Hafnsbana*) Saga, Aurvar Oddus, Bua Saga, Starf sama (*historia Sturlaugi, sive laboriosi Wadtz dæla*) historia Braderi Snefelsaas (*constans 20 capitibus, quæ MS. in Biblioth. Wilh. Wormii asservatur*), Raudölfs Thettur (*tractatus ad historiam Olai Sancti pertinens, qvem prædictus Wilh. Wormius possidet*), & id genus alia, qvorum plurima passim citantur in Lexico Runico Wormii, passim etiam in Stephani not. ad Saxon. Gramm., inprimis pag 16. lit. D. Qvin a. Saxo Grammaticus plura suo tempore viderit & versaverit antiqvitatum Islandicarum volumina, qvàm quæ hodiè extant vel reperiri possunt, nullum est dubium.

Præterea Saxonem aliam Eddã antiqviorem scilicet & fabulosis narrationibus instructiorem Eddâ aut Sæmundi aut Snorronis habuisse dubitari non potest. Talem Eddam omnino qvondam extitisse fatetur Magnus Olai verbis hisce: *Ex veterum Rhythmis, ut etiam appellationibus Asarum nonnullis ac inprimis Odini & aliarum deniq; rerum, apparet, aliam fuisse Eddam antiqviorem, aut volumen fabularum ab ipsis Asis confectum aut eorum Nepotibus, qvod interierit, & cujus hæc nostra Edda aliqvale sit compendium; qvia nominum paucissimorum, quæ Odino ex variis casibus indita sunt plurima, ut Edda profitetur, ex ejus fabulis reddi potest ratio, nec etiam plurium, quæ ibi occurrunt appellationum.* Hactenus Magnus Olai. Hac de re consentit etiam cum Magno Olai M. Brynolfus Svenonius, Episcopus Scalholtensis in Islandia australi, in Epistolâ ad Stephanum Stephanium An. 1642. scriptâ, cujus verba sunt hæc: *Ut n. Norvegorum, Danorum, Svecorumq; hominum acta infinitam materiam ex rebus domi forisq; fortissimè prudentissimeq; gestis prætercam, ipsa velut collapsæ Sapientiæ rudera rerum Normannicarum Lectoribus semet spectanda exhibent, quæ tamen paucissima de pluribus supersunt. Ubi n. ingentes thesauri totius humanæ Sapientiæ conscriptæ à Sæmundo Sapiente? & inprimis nobilissima illa Edda, cujus vix millesimam partem reliqvam, nunc præter nomen habemus? atq; id ip-*

sum quod habemus omnino fuisset deperditum, nisi Snorronis Sturlonii Epitome umbram potius & vestigia, quàm verum corpus Eddæ illius antiquæ reliqva fecisset. Ubi verò ingens volumen historiarum ab Odino ad sua tempora contextum ab Ario Polyhistore dicto? ubi præstantissima Gunlögi Monachi scripta? ubi regionum per totum arctoum orbem Poëtarum admiranda carmina? nolo Ethnicos alios & in paganismo viventes nominare, Thorallum de Sido, ejusq; vaticinia, Ericum Ruffum ejusq; posteros, & qui navigationes eorum in occidentem periculosissimas annotarunt. Hæc Brynolfus.

Codices Legum Islandicarum, Grönlandicarum, Norvegicarum & Danicarum.

Extant qvoq; antiqui legum Islandicarum Codices; de qvibus agam in Chronologia Juris Civilis & Ecclesiastici non solùm Danici, & Norvagici, verùm etiam Islandici & Grönlandici, ad imitationem Chronologiæ juris Civilis & Canonici Romani à Freymonio, Contio, Giphanio & tandem Frehero conscriptæ, à me jam ferè absolutâ.

Eddæ Snorronis versiones Latinæ. I. Magni Olai.

Eddam hanc primùm in sermonem Latinum transtulit Magnus Olai (olim Scholæ Holensis moderator, postea Ecclesiæ Laufanien-sis in Boreali Islandiâ Pastor doctissimus, Poeta in Latinâ & Islandicâ lingvâ felicissimus) idq; Anno 1629 jussu viri Reverendi & Doctissimi, olim Clariss. Wormii discipuli Charissimi, Dni. Thorlaci Sculonii, Diœceseos Holensis in Islandiâ Boreali Episcopi vigilantissimi, & de Ecclesiis ac Scholis Islandiæ Borealis optimè meriti, cujus mentionem facit Wormius in tr. de Literat. Runic. cap. 7. pag. 51., & in appendic. Literat. Runic. statim in pr., nec non in præfati. Lexic. Runic.

Hoc patet ex subseqventi carmine, qvod in Codice Regio MS. reperi, qvodq; in cœteris Codicibus MSS., qvos habui, non extabat.

DOMINO THORLACO SCULONIO Episcopo Holensi dignissimo à teneris ejus ad ultimum vitæ meæ halitum mihi dilectissimo.

THORLACE Holiacæ colende sedis
Antistes Clarii jubar theatri
Terræ delicium, decusq; nostræ,
Te nugas licet Eddicas jubente
Ex uligine noctis Asianæ
Hic deducere in alveum Latinum
Tentarim, vereor tamen rudi ne
Littus vomere cespitans ararim
Nam cernens peregrinus ista, dicet
Ranarum lituis inaniores
Tradunt materias hiulca verba!

Nec

Nec mirum: perit ocyus qvod ex se
Fundo innititur imbecilliori;
Intermissa diu styli Latini
Cujus cognitio levis vigebat
Dum vernans mihi subveniret ætas
In vili carie scatet suppellex:
Ter denis etenim remotus annis
A doctis, totidem Latina verba
Vix nostram puto protulisse lingvam,
Aut connexa gravem notâsse dextram,
Sed tantùm mihi res rudisq; sermo
Cum turbâ fuit imperitiore
Aures detinuit subinde nostras
Multum vaniloqvi Coax pepelli
Cordi prospera cui Salus verendi
Vix est aut mala plaga Prisciani.
Ergò sit tibi promptior voluntas
Pro facto minus efficace, qvæso
Et patrocinio tuo tuere
Umbras displicet hasce qvod legenti
Cures deniq; qvod senecioni
Conducat, cataplasma, lancinato.

T. T.
MAGNUS OLAI.
Laufasii Kal. Jul. Anno 1629.

Stephanus v. Stephanius *in Notis ad Saxonem pag. 16. lit. E* docet Eddam Latinâ civitate à Magno Olai donatam esse in gratiam perillustris Cancellarii Christiani Frisii ꝗ μακαρίτȣ.

Magnum a. Olai nolentem volentem hanc Snorronis Eddam fecisse Latinam colligere licet ex propriis ipsis verbis qvæ extant in ejus discursu de Poesi Islandica: *Ipsi Islandi, poëtico non afflati spiritu, veterum Rhythmos, aut etiam recentiores, ex Eddico compositos fundamento, non percipiunt. Et ejusmodi Rhythmicum à communi remotum sermonem antiqvitas nostra Asamal, id est Asiaticum vel Asarum sermonem appellarat, qui tamen noster est: sed obscurior & vulgi minus obvius intellectui. Hæc causa est quòd viris magnis & eruditis (quibus lingva nostra ignota est, interim tamen qvid Edda nostra Poëseos aliquale fundamentum tractet, inquirere non dedignantur,) in illius translatione, uti debemus, gratificari facilè non possumus. Etsi enim formulæ Eddicæ appellationes rerum multiplices & longè petitæ, quodam modo describi & Latinè nominari queant; vocum ta-*

men splendor, elegantia grandis, & genuina proprietas, pro ut in lingvâ nostrâ sonat, exhiberi & ostendi nequaquam potest; dulcius hic ex ipso fonte bibuntur aquæ. Est enim Edda tantùm conscripta in usum nostræ lingvæ, & maximè ad illius donum singulare Poëseos, quo illam præ aliis quàm plurimis ornatam puto, accommodata. Hæc ille.

Magni Olai scripta.

Hic idem Magnus Olai non injucundum de Poësi Islandicâ scripsit discursum, ex qvo qvanti sit artificii, qvantiq; ingenii ponderc doctum secundùm Leges Poëtarum Islandorum carmen liqvidò patebit, simulq; qvanto olim in pretio Islandi Poëtæ Regibus & Principibus Norvegiæ, Daniæ, Sveciæ & Angliæ extiterint elucebit: qvem qvi legere desiderat, legat Appendicem literat. Runic. Wormii à pag. 177. ad pag. 182.

1. Discursus de Poësi Islandica.

2. Lexicon Runicum.

Hunc nostrum Magnum Olai subindè consuluit antiqvitatum Danicarum, ut solus ita peritissimus Mysta Ol: Wormius, cui per aliqvot annos jam unam, jam aliam partem Lexici Runici in solius prædicti Wormii usum elaborati, indigestam tamen & interpretatione fidâ indigentem transmisit. Qvas Magni Olai Schedas post ejus obitum Wormius collegit, omnia in ordinem redegit, auxit, collocupletavit, & qvæ interpretatione Latinâ indigere videbantur, togâ Romanâ donavit, ediq; curavit Havniæ in Fol. An. 1650. sub titulo SPECIMEN LEXICI RUNICI. Hoc autem vocum omnium priscarum, completum non est Lexicon (qvod alii in Islandiâ tentaverunt), sed solummodò maximè obscurarum poëticarum, & talium in qvibus ipsi Islandi, antiqvitatum imperiti, aliqvando hærent, & continet non solùm vocabula verùm etiam res, qvæ in priscis Historiis & Poëtis Islandis, raris, non editis, & in archivis qvorundam doctorum in Islandia MSS. latitantibus, occurrunt.

II. Stephani Olai.

Post Magnum Olai Stephanus Olai Islandus, hodie Ecclesiæ Wallanesensium in Orientali Islandia Pastor, Anno 1646 dum Havniæ studiorum gratiâ est commoratus, Præceptore celeberrimo Doct: Olao Wormio, nactus à Wormio Codicem Eddæ Islandicum MS. qvem ex donatione Arngrimi habuit, Eddam fecit Latinam: qvam versionem, ut versione Magni Olai accuratiorem, manu propriâ noster Wormius exscripsit, eamq; filius Wilh. Wormius mihi sponte communicavit. Ex hâc versione, sepositis iis qvæ cum Magni Olai versione planè conveniunt, ea saltem, qvæ manifestam varietatem & discrepantiam ostendunt, infra textum annotavi.

III. Tolmodi Torfæi.

Cùm a. Magnus Olai & Stephanus Olai Mythologias 68 priores tantùm Latinas reddiderint, Tolmodus Torfæus Islandus, Regis nostri clementissimi interpres seqventes in lingvam Latinam transtulit.

Eddæ

Eddæ Snorronis versionem Danicam manu propriâ Stephani Stephanii, olim Historiographi Regii & antiqvioris literaturæ Vindicis scriptam, mihi Vir celeberrimus Affinis optimus Vitus Beringius, summus ætatis nostræ Latinus Poeta, Historiographus Regius & Assessor Collegii Ærarii pro ea, qvâ me solitus est prosequi humanitate, lubenter concessit.

Eddæ Snorronis versio Danica.

Edda Snorronis sæpissimè citatur & nonnunqvam explicatur à Cl. Ola. Wormio *in Literat. Runic. edita Hafn.* 1651. *idq; inprimis p.* 15. *lin.* 20, *pag.* 21. *lin.* 4. *& pag.* 99. *lin.* 25, *pag.* 101. *lin.* 15. 26. *pa.* 134. *lin.* 3. *ab ult. pag.* 142 *lin.* 5. *pag.* 160 *lin.* 1. 4. 7. *pag.* 171. *lin.* 4. *ab ult. pag.* 172. *lin.* 6. *ab ult. pag.* 194 *lin.* 3 *pag.* 212 *lin.* 9. *pag.* 214. *lin. ult. pag.* 216 *lin.* 4. *ab ult.* Hanc qvoq; sæpè allegavit illustravitq; Stephanus Stephanius *in not. ad Saxon. Grammaticum, sc: pag.* 14. *B.* C. *pag.* 16. *D.* E. *pag.* 17. C. D. *E. pag.* 19. D *pag.* 31. *E. p.* 47. D. *pag.* 70. F. *pag.* 73. C. *pag.* 78. *B. pag.* 88. *D.* E *pag.* 89 D. E. *pag* 93. F. *pag.* 95. C. *pag.* 96. C. *pag.* 97. C. *pag.* 134. F. *pag.* 136 *A. B. p.* 185. *F.*

Edda Snorronis citatur & aliqvando illustratur ab Olao Wormio & Stephano Stephanio.

Absolutis ergo hisce finem præfationi imponam, ubi eorum nomina publicabo qvi suam operam ad hanc editionem contulerunt. Qvid enim in ipsâ præstitum sit, ex aliarum collatione dici malo, qvàm ex prædicatione fortassis suspectâ. In hac editione illud potissimum mihi propositum fuit, ut inter plures variosq; nec non contemnendæ vetustatis Codices MSS. unius Codicis scripturam curarem exprimi. Itaq; Eddam Snorronis ex optimo Codice MS manu propriâ Stephani Stephanii viri Clarissimi, Historiographi Regii (An. 1650 Soræ cū dolore literarū vitâ defuncti) Islandicè, Danicè & Latinè literis nitidis scripto, mihiq; à prædicto Affine Beringio pro veteri amicitiæ nostræ jure & singulari humanitate, qvâ præditus est,] communicato bonâ fide edidi, ne mutatis qvidem iis qvæ in versione Latinâ Magni Olai & versione Danicâ A oonymi facilè emendari poterant. Usus etiam sum duobus aliis venerandæ antiqvitatis Codicibus MSS. Islandicis, qvi planè inter se conveniebant; unô integrô, alterô verô primâ parte Prologi mancô. Integrum pro suo erga studia publica favore mihi concessit celebertimus celeberrimi Olai Wotmii filius Wilhelmus Wormius, Regiæ Academiæ Havniens. Professor dignissimus: Mancum eu nq; omnium, qvæ in mundo extant vetustissimum & optimum (favente id Episcopo Scalhontensi Islandiæ meritissimo & eruditissimo M. Brunolpho Svenonio) suppeditavit Regia Friderici III. Regis Daniæ & Norvegiæ Augustissimi Bibliotheca Ex hisce binis Codicibus, uno Regis, altero Wormii, χαφὰς Ἀλφ.φ:ρυς


Eddæ Snorronis Codices qvibus usus sum in hac editione.

à me

à me excerptas subjunxi. Latini etiam Interpretis Magni Olai translationem adjunximus ex tribus Codd. MSS. uno Regis, altero Wormii & tertio Stephani Stephanii, qvorum usum Regis Interpretis Islandi Tolmodi Torfæi, prædicti Wilhelmi Wormii & Viti Beringii beneficio acceptum referre par est. Subjunxi v. Stephani Olai Islandi versionem Latinam, ubi illa à Magni Olai versione differebat. Notas deniq; & observationes qvasdam visum est adjicere, qvæ potissimùm ad lingvam & antiqvitatem Islandicam pertinent, qvarum qvædam sunt Magni Olai, qvædam v. à me conscriptæ, plura eqvidem notaturus, si per temporis & otii angustias licuisset: Supersunt multa qvibus illustrandis feliciora ingenia non deerunt. Hæc sunt, Christiane Lector, qvæ à me, horis succisivis inter varias & difficillimas officii & muneris impositi occupationes, exiguo temporis curriculo, præstita sunt, utinam tam magno tuo fructu, qvàm mea molestiâ, benè an malè, tuo judicio & arbitratui relinqvo: qvæ redundant expunge, qvæ desiderantur, si ita tibi videtur, restitue; si in his, qvæ à me afferuntur, hæsitas, inqvire diligentiùs, donec verum inveneris: si qvid in versione Latinâ & Danicâ offendes, qvod tuas apprimè purgatas aures non demulceat, tua condonabit humanitas, haud ignara, humanum esse errare, divinum autem ignoscere. Benè vale, mi Lector, Eddamq; hanc sic ama, ut etiam Resenium tuum ames propter Eddam. Iterum vale & fave. Havniæ.

DE NOTARUM RATIONE.

VArias variorum Codicum Lectiones, Stephani Olai versionem Latinam, & Notas ad finem cujusvis Mythologiæ vel paginæ subjecimus. Variæ Lectiones è Codicibus Regiis desumptæ literis majusculis C. R. indigitantur; aliæ è Codicibus Olai Wormii depromptæ C. W. notantur; Reliqvæ in Codice Christierni Noldii repertæ literis C. N. signantur: Tandem *Ste.* indicatur versio Latina Stephani Olai, qvatenus à versione Magni Olai discrepat; qvod fecimus, ne opus magis excresceret qvàm necessitas ferret, neq; semel dicta repeteremus.



ADDENDA

IN qvibus aliqva Islandica ex Codice Noldii MS. (cujus mentionem feci in præfatione ad Lectorem) meliùs & diductiùs dicuntur; aliqva verò adduntur ad ea, qvæ in eadem præfatione ut & dedicatione exposui, magis firmanda vel illustranda, desumpta partim ex Annalibus Islandicis MSS. ex Boreali Islandiâ transmissis per Arngrimum Jonam, partim ex aliis Annalibus Islandicis MSS. ex australi Islandiâ transmissis per Gislaum Otthonis olim Episcopum Islandiæ Schalholtensem, qvos post editum hoc opus præfationesq; typis excusas mihi Wilh. Wormius impertitus est, partim ex aliis.

Dedication. pag. 32. lin. 27.] Plures Philosophiæ Pythagoricæ Scriptores enumerantur in eruditissimô de naturâ & constitutione Philosophiæ Italicæ sive Pythagoricæ librô, conscriptô & editô Upsaliæ in 8vo. An. 1664 à Joanne Schefferô Argentoratensi Professore Upsalensi celeberrimo, qvi jussu Serenissimæ Christinæ, Reginæ qvondam Sveciæ, dispersa Philosophiæ Pythagoricæ per omne Scriptorum genus membra primus collegit & in corpus justum composuit. Pythagoræ v. & Jamblichi vita describitur à Jano Jacobi Boissardo in tr. posthumo de Divinatione & Magicis præstigiis *pag. 293. ad pag. 300. item pag. 349. ad pag. 359.* Pythagoricæ Philosophiæ scriptores.

Præfat. ad Lector. pag. 2. lin. 6. ab ult.] Sæmundus Frode natus in Islandiâ Anno Christi 1057 (*qvô ordinatus est ab Adalberto Bremensi primus Schalholtiæ Episcopus Isleifus, filius Gyssuri Huyta i: albi*) floruit Anno 1077, obiit verò Pastor Oddensis An. 1133 *qvô Thorlacus Runolphi filius, tertius Episcopus Schalholtensis, vitâ emigravit, & natus est Sanctus Thorlacus, fundatumq; cœnobium Islandiæ Thingeiris.* Sæmundus Frode pastor Oddensis, qvando natus & denatus est.

Odde est sedes pastoralis in parte Islandiæ Meridionali, Diœcesi Schalholtensi, Provinciâ Rångarvalla Syslu, sita inter duos amnes, qvorum uterq; Rangå nuncupatur, unde etiam nominis traxit originem. Odde enim Isthmum significat, qvem ad formam trianguli duo amnes conficiunt. In hâc verò sede pastorali hodie Odde qvalis sedes & ubi.

confidet vir Doctissimus Dominus Thorleifus Jonæ, Pastor & Præpositus.

Sæmundus hic inter alia afferit An. 1048. hyemem intentissimis glomeratam fuisse pruinis, tantumq; gelu, ut Feræ inter Norvegiam & Daniam per glaciem transcurrerint, *sicuti patet ex Annal. Island. Gislai.*

Sæmundi hujus filius sine dubio est Ejulfus Sacerdos, qvi vitâ excessit An. 1159, *qvô apparuerunt tres Soles in Occidente, qvorum duo evanuerunt, tertius v. qvi intermedius fuit, apparuit usq; ad Occasum Solis. Eôdem etiam Annô excessit Adrianus Papa, qvô mortuô, factum est dissidium inter Romanos de eligendo Papa, adeò ut Cardinales in duas scinderentur classes, elegerintq; duos Pontifices Maximos, qvorum unus fuit Rolandus Cancellarius, & vocatus fuit Alexander Papa, alter verò Octavianus dictus est; cui suffragium præstiterunt tum Cæsar Henricus, tum Episcopi, qvi ab illius steterunt partibus, illumq; appellaverunt Victorium. Papæ v. Alexandro suffragati sunt Ludovicus Rex Galliæ & Henricus Rex Angliæ, qvi eum primarium statuerunt Pontificem: Ecclesia qvoq; Romana Alexandrum sibi elegit Patrem & Pontificem. Octavianus v. Papa, honore Papali privatus, & cum dedecore expulsus, tandem excommunicatus est.*

Sæmundi nomen habuére seqventes.

1\. Est adhuc alius Sæmundus Jonæ filius, qvi natus est in Islandiâ An. 1154 (*qvô Valdemarus Canuti filius adeptus est nomen Regis in Daniâ, gestatioq; armorum interdicta in forô Islandiæ anniversariô.* Is unà cum Thorvaldo An. 1215 taxavit merces Mercatorum Orientalium, & An. 1217 res possessas ad trium assium Islandorum valorem abstulit.

2\. Sæmundus Philippi filius aqvis obrutus est anno 1251, (*qvô flammis absumptum est cœnobium Tamroense*). Hunc Ottho Anno 1250 aggressus qvidem est, sed nihilominus fugam dedit.

3\. Sæmundus Ormeri filius ejusq; frater Gudmundus occisi sunt eôdem Annô, (sc: 1252,) *qvô vitâ spolitus est Abel Rex Danorum, cui successit Christophorus ipsius frater.*

4\. Sæmundus Stephani filius Anno 1390 interfecit Marcum Thorsteini filium, cujus gener fuit. Hic An. 1391 in Cœnobio Thyc-Kabæensi captus, latâ sententiâ capite plexus est.

5\. Sæmundus Thorsteini filius vixit An. 1393.

Areta Frode qvis?

Præfat. ad Lector. pag. 3. lin. 11.] In Islandiâ olim qvoq; celebris fuit qvidam, dictus Areta Frode/ Thorchilli filius, natus An. 1068, qvi Verbi Divini Minister obiit An. 1148 eodem ferè tem-

tempore, qvô Vilmundus Abbas Thingeyrensis vitâ defunctus est, eodemq; Anno incendiô consumpta est VillaHitadarlensis, in qvâ combustus est Episcopus Schalholtensis Magnus, postridie Festi omnium Sanctorum ibi convivans, & cum eo LXXII viri.

Hic Areta ob eruditionem, qvâ præ reliqvis suis consortibus pollebat, cognomen Frode ɔ: *docti seu Philosophi* accepit, & scripsit librum de literatura Runicâ idiomate Islandicô qvi tamen jam intercidit, *ut scribit Arngrimus Jonas in margine Annalium Islandicorum ex Boreali Islandiâ transmissorum.* Aretæ tractatus Islandicus de literaturâ Runicâ.

Præfat: ad Lect. pag. 6. lin. 24. ad hæc verba: earumq; autoritate] qvibus additur Jani Jacobi Boissardi tractatus posthumus in Fol. de Divinatione & Magicis præstigiis; item Specimen Scriptorum Ecclesiasticorum primi à nato Salvatore Seculi, confectum & promulgatum An. 1633 in 4to. à Casparo Erasmi Brochmanno Episcopo & Theologo Daniæ famosissimo, ubi Sectione VI agitur de carminibus Sibyllinis. De Sibyllis qvinam scripsére.

Præfat. ad Lector. pag. 11. lin. 14.] Præter hæc legi possunt consultissimi & celeberrimi Viri Joh. Loccenii antiqvit. Sueo-Goth. *lib. 1 cap 3*: ejusdem historia Svecica An. 1662 edita *pag. 2.*; Cl. Olai Verelii notæ in histor. Gothrici & Hrolfi *pag. 35, ad p. 67.*; item Chronici Svetici à Messenio editi autor, qvi vitam Odini fusè describit. De Odino qvinam scripsére.

Præfat. ad Lector. pag. 12. lin. 4.] Plures fuisse Odinos Joh. Schefferus, Professor Eloqventiæ Upsalensis, Upsaliæ capit. 7. prolixè ostendit. Eandem fovet sententiam Olaus Verelius in notis ad Histor. Gothrici & Hrolfi pag. 40. Odini tres.

Præfat. ad Lector. pag. 12. lin. 7. ab ult. ad hæc verba: *Literat. Runic. Wormii cap. 1. 2. & 3.*] item cap. XIV lib. 2. antiqv. Sueo-Goth. Joh. Loccenii.

Præfat. ad Lector. pag. 15. lin. 4.] partim à Joh. Loccenio in antiqv. Sueo-Goth. *lib. 2. cap. 15 pag. 89. 90. editi. secund.* Runarum vocis significatio.

Præfat. ad Lector. pag. 16. lin. 25.] Snorro Sturlæ filius natus est An. Chr. 1179 (*qvô cecidit in bello Erlingus Schacha Islandus, qvi unà cum Rogvaldo* Jarl [*ɔ: Barone*] *Ann. 1152 peregrinatus est ex Islandia in terram Sanctam, cui qvoq; Anno 1166 a Waldemarô Rege Daniæ datum est nomen* Jarl) fuit Legislator An. 1215. item An. 1222. (*qvo Sol sangvineum repræsentavit colorem, visus est Cometa, qvartaq; ignis evomitio montis Heclæ facta est, qvalis prima fuit An. 1104 qvo* Snorro Sturlæ filius, autor Eddæ, qvando natus & denatus est.

 vi-

visus est sangvis è pane emanare): Anno v. 1218 iter fecit in Norvegiam, qvi ab Aqvino Rege Norvegiæ, patriæ restitutus est anno 1220, anteqvam in Islandiam reverteretur. An. 1233 Magnus Episcopus & Snorro Sturlæ filius pactum fecerunt. Snorroni verò insidiæ factæ sunt anno seqventi, qvi An. Christi 1241, an. ætatis 62, unà cum Ilthurgo occisus est eôdem Annô, qvô morte occubuit Waldemarus Rami, dictus raucus, Rex Danorum.

Ante & post hunc Snorronem varii in Islandia nomine Snorronis insigniti sunt.

Snorronis nomine vocati sunt seqventes.

1. 1. Snorro Thorfinni filius, natus in Winlandiâ, Patre Thorfinnô Kartzefne Islandô, Matre Sigvidâ fœminâ Grönlandicâ *de qvo egi in præfation ad Lector. pag. 16 lin. 15. ab ult. ad pag. seqv. lin 13.*

2. 2. Snorro Thorgrimi filius, cognomento Gode (ↄ: bon⁹), fuit Nomophylax & vitam cum morte commutavit An 1031. Filium habuit Heliodorum Signiferũ Haraldi Sigvardi Regis Norvegi, qvi floruit circa An. Ch. 1047, *de cujus genealogiâ & vitâ legi potest Crymogæa Arngrimi* lib. 2. p. 166 ad p. 173. Hujus qvoq; Snorronis filia fuit Thorida Prophetissa, qvæ mortua est An. Ch. 1112, *ut patet ex Annalib. Islandic.*

3. 3. Snorro Bernhardi filius obiit An. Chr. 1151, *eôdem qvô vulneratus est Waldemarus Roëschildiæ; incendio tunc temporis ardebat Trolladingium (ita appellantur tumuli qvidam sive colles in Islandia, qvos monstra incolere creduntur).* Hujus v. filius Haldorus interfectus est Anno 1163 in conflictu, qvi fuit eo tempore in forô anniversariô.

4. 4. Snorro Sacerdos exspiravit An. 1170, *qvô baptizatus est Jarismarius & regeneratus Waldemarus senex.*

5. 5. Snorro Chalfi filius animam efflavit anno 1175, cujus filius Chalfus vitâ concessit Anno 1198, *qvô reliqviæ Sancti Thorlaci Episcopi, An. 1193 XII Cal. Mai. mortui, in thecâ pretiosissimâ servari cœpta sunt, ejusdemq; Sancti festi celebratio communi consensu constabilita est Anno 1199, & Anno 1237 vulgo recepta.*

6. 6. Snorro Grymeri filius trucidatus est An. 1208 regnante in Sveciâ Erico Rege.

7. 7. Snorro Titi filius floruit in Islandiâ Anno 1211, *qvô fuit terræ motus in meridionali Islandiâ, in qvo XVIII homines interierunt; item eruptio ignis è mari facta est.*

8. 8. Snorro Magni filius obiit Diaconus An. 1226.

9. 9. Snorro Thorleifi filius peregrinatus est An. 1226, rediit v. unà cum Urækino, Torleifo & Magno Sacerdote An. 1239.

10. Snor-

10. Snorro Ingemundi filius ex Islandiâ iter fecit Ann. 1299 10.
(qvô 8. idus Julij morte extremum diem confecit Ericus Rex Norvegiæ,
Magni Regis filius, eôdemq; annô Petrus Episcopus de Scaurum, Tiorfo Sacerdos, Runolfus Abbas Thingeyrensis & Bernardus Abbas Widieyensis vitâ emigrârunt. Qvando moriebatur Bernardus Abbas visa est lux totum Monasterium circumfulgere, auditæq; sunt Campanæ sponte sua sonare. Animã v. efflavit Snorro Ingemundi filius An. 1301. *qvô apparuit Cometa in totâ Islandiâ, Mercatoresq; viderunt Cometam in æqvore circa festum Michaelis, qvi reliqvis stellis major erat & caudam habuit deorsum tendentem, motusq; est motu inverso ab Oriente videlicet in Aqvilonem. In meridionali Islandia etiam Cometa visus est ab ingressu hyemis usq; ad hyemem dimidiatam. Apparuit qvoq; Cometa Bergis in Norvegiâ ante tempus Bachanaliorum; Romæ verò ante festum Paschæ. Hôc eôdem Annô Islandi fidelitatis juramentum præstiterunt Regi Aqvino, Codicemq; Legum tàm ipsi Regi, qvàm Optimatibus corrigendum concrediderunt.*

11. Snorro Marci filius An. 1301 fuit Nomophylax, qvi nume- 11.
ratur inter illos tres qvi unà salutabantur in Foro anniversario Nomophylaces, de tributo Regi dando tres invicem sententias diversas proponentes, qvorum nomina sunt Haucus, Snorro, Gudmundus. Hôc Annô Fora Provincialia inchoata sunt in Occidentali Islandiâ in Westfiordum & in Boreali Islandiâ. Celebrabantur autem in duabus illis Islandiæ partibus bina Provincialia, nec istæ duæ Regionis partes Forum publicum celebrârunt.

12. Snorro Sturlæ (*qvi obiit Ann. 1302*) filius mortuus est Anno 12.
1306, *qvô annô Clemens Papa attentavit transnavigare mare ad baptizandum Regem Tartarorum, cujus Legati eôdem Annô Romæ sacrô fonte abluti fuerunt. Hôc Annô tam intensum gelu in Germania fuit & in Gallia, qvàm qvod in Norvegia fuit intensissimum, adeò ut homines Rostochio in Daniam iter facturi fretum* Eyrasund *dictum, per glaciem qvindecim ulnarum transcurrerint, ut docent Annal. Island. Gislai.* Heic v. per Eyrasund intelligendum est fretum Danicum, qvod veteres Scaldri appellârunt Eyrersunde/ nos v. hodiè Øresund vocamus, *teste Stephano Stephanio in notis ad Saxonem p 21, lit. E F.* Nam vox Danica Øresund est ab Islandicâ Eyrasund vel Eyrersund/ qvæ est composita ab Eyra Neutr. Gen. ɔ: auris, & Sund etiam Neutr. gen. significante 1. Natationem 2. Fretum. Ab Eyra est vox Islandica Eyre fœm. gen. ɔ: ora vel margo terræ plana & sabulosa, ad mare vel aqvas sita; item verbum ad Eya ɔ: acqviescere, pacisci, placatum esse.

Øresund fretum Danicum unde dictum est.

 13. Snor-

13. 13. Snorro Narferi filius Nomophylax unà cum Arnero Episcopo & Domino Chetello ex Islandiâ in Norvegiam se contulit An. 1319, rediitq; cum illis annô seqventi. Hic Snorro An. 1330 suspensus est ab officiô, & Dominus Grymerus de Stafholt constitutus est Nomophylax. Lethô autem periit An. 1332. 6. idus Martii *qvô Annô Thorleifus interneciom dedit Thorbiornonem Pastorem, in Festo Michaëlis, palliô sacrô indutum & ad altare stantem; qvô facinore perpetratô & ipse sibimetipsi manus intulit.*

14. 14. Snorro dictus Fotur, cujus navis fracta est an. 1343, ipseq; cum nautis qvinq; periit.

15. 15. Snorro Dalur supremum vitæ diem obiit An. 1341, *qvô fœmina qvædam venefica combusta est in Islandiâ in prædiô* Kyrkiube/ *cui nomen Christina; sacramentum n. ipsa, datô Chirographô, dixerat Diabolo, & abusa corpore Dominicô Deo renunciaverat, & proprium corpus luxuriosè & libidinosè prostituerat.*

16. 16. Snorro Chetelli filius peregrinatus est An. 1347, in qvâ peregrinatione obiit.

17. 17. Snorro Tholcici filius crudelissimâ morte mactatus est An. 1361.

18. 18. Snorro, qvi fuit An. 1367. Officialis Cathedræ Schalholtensis, vitâ decessit An. 1377, *qvô tanta hyemis fuit asperitas, ut pecudes & armenta macie confecta essent initio Bacchanaliorum. Voverunt ergo votum Borealis Islandiæ inhabitatores de cultu λατρείας Gudmundo Holensi qvondam Episcopo præstandô, non sine consensu* Jonæ *Episcopi: qvod ut procederet, omnes & singuli de singulis assibus Islandicis unicam pretii ulnam Cathedræ Papali addendam unanimiter promiserunt. Qvô factô hyemis rigor actutùm mitigatus est, adeoq; nec pecudes, nec armenta interierunt.* Hôc eôdem annô obiit prædictus Snorro; *item Biorno de Clopha Nomophylax.*

19. 19. Snorro Drafóter (ↄ: Tauripes) Anno 1375 necavit Villicum qvendam nomine Thorsteinum: *qvô annô apparuit Cometa.* Est qvidam alius Thorsteinus etiam cognomento Drafóter (ↄ: *Tauripes*) qvi in Aula Olai Triggonis Regis Norvegiæ (*nati An. Chr. 967 & denati An. 1000*) vixit. Is à Tauri Victoria cognomentum hoc Rege imponente sortitus est, *qvâ de re legi potest Crymogæa Arngrimi lib. 2. pag. 144 145.*

Snotra] qvænam? Aliàs *in historia Gothrici & Hrolfi Westrogothiæ Regum cap. 1.* legitur Snotra, nomen fœminæ Asiaticæ cum Odino in Sveciam commigrantis. Edda; Snotra er vitr og latprud/aff hennar heiti er kollud

Snotr

Snotr kona: ɔ: *Snotra sapiens est & alaeris ingenii; eô nomine postea vocata sunt compta & rei domestica perita fœmina.*

In Annalibus Islandicis ex Boreali Islandiâ transmissis per Arngrimum Jonam, incipientibus ab An. Chr. 636, nec non in annalibus Islandicis ex Australi Islandiâ transmissis per Gislaum Otthonis Episcopum Schalholtensem, inchoantibus ab Anno 1046, nulla fit mentio Sturlæ ante illum Sturlam qvi dictus est Sturla Huamensis sive Huamm Sturla, filius Theodori, natus An. 1114, qvi habitavit, qvamdiu vixit, Huamm: unde Sturlungar vocati sunt. Obiit v. anno 1183, *qvô vitâ defunctus est Waldemarus Rex Dania.* Sturla Pater Snorronis, autoris Eddæ, qvisnam.

Hunc Sturlam fuisse Patrem nostri Snorronis, Autoris Eddæ, mihi certè persvadeo, qvi sexagesimum qvintum annum agens, qvatuor annis ante obitum, Snorronem generavit. Sunt n. nonnulli robusti validiq; Senes qvibus adolescentia continenter atq; moderatè transacta est, qvi ad septuagesimum annum fœcundi sunt, & in peragendo concubitu viriliter subsistunt, qvorum multa exempla Brabanti, Gothi & Sveci suppeditant, *teste Levino Lemnio lib. 4. cap. 24. de occult. natur. miracul.* Inauditum non est, sed propemodum vulgare octoginta annorum viros, virgines non admodum annosas in conjugii societatem ascíscere atq; ex iis prolem excitare. Nam qvosdam viros post octogesimum sextum, nonnullos octogesimo completô & ad centesimum usq; liberos procreâsse observavit Joan. Schenchius *lib. 4. Observationum Medicinalium Observ. 124.* Hujus rei exemplum habemus in Jona cognomento Lærder ɔ: *docto*, qvi in parte Islandiæ orientali ante sex ferè annos octogenarius puerum genuit, annoq; 1663 morte occubuit, *ut mihi retulit Nepos Stephani Olai, Eddæ interpretis, nomine Haldorus Erici, qvi Studiorum gratiâ in Academia Havniensi hodiè vivit.* Imò Aunum sive Anum Jornundi filium Regem Sveciæ confecisse annos bis centum & decem *(qvi regnavit circa illa tempora, qvibus Frotho pacificus tenuit imperium Danicum & Christus natus est)* patet ex Chronicô Norvegicô Snorronis Sturlæsonii *à Wormiô Danicè 1633 in 4to. editô pag. 19.* item ex Chronicô Norvegicô *Danicè typis excusô in 8vo. 1594 per Mag. Janum Martini, Pastorem Slangerupensem.*

Post Sturlam Huamensem pluribus aliis viris Islandis hoc fuit nomen. Sturlæ nomine insigniti seqventes.

1. Sturla qvidam investigavit An. 1211 Insulas, dictas Eldøgiar/ sitas inter Islandiam & Gronlandiam.

2. Stur-

2. 2. Sturla Sigvaldi filius, ejus Pater Sigvaldus, ut & Thorvaldus Gitzuri filius citati sunt à Petro Archiepiscopo Nidrosiensi Ann. 1226. (*qvô erupit ignis è mari juxta promontorium Reykianense, tenebræ extitére in meridie, fundatumq; est (Cœnobium in Insula Widó)*. Hic Sturla anno seqventi Theodorum Sturlæ filium in Villa Huamm impetebat, præsente ibi Gudmundo Episcopo, *cujus anni sicuti etiam Anni 1105. hyeme pluebat arena*: Cæterùm Sturla & Theodorus pactum egerunt An. 1230, *qvô Ericus Rex Sveciæ fugit in Daniam*, pactôq; inter Gudmundum, Sigvaldum & Sturlam Sigvaldi filium An. 1233 factô, Sturla hic eodem Anno se Romam contulit, Româq; cum absolutione patris sui rediit An. 1235: Anno v. 1237 impetebat Thorleifum, cujus filio à Sturlâ retento, Sturlam aggressi sunt Gitzurus & Colbanus, stipati mille ducentis viris armatis. Sturla fuit in sinu Gilsfiord qvingentis tribus viris armatis instructus; conflictatiq; sunt Orlôgstadis: in qvo conflictu strati sunt Sigvatus cum filiis suis qvatuor, ex Bellatoribus Sturlæ LX viri; ex Gitzuri v. & Colbani pugnatoribus tantùm qvinqve viri. Hôc eôdem annô nullus fuit Episcopus in Islandiâ, nullumq; Forum anniversarium celebratum est; qvorum duorum exemplum extitit prius nullum: eruptio qvoq; ignis juxta promontorium Reikianense eodem anno facta est.

3. 3. Sturla Theodori filius electus est An. 1250 Nomophylax, qvi An. 1257 in Dòlum pactum egit cum Torgillô, Schardâ, Raffnerô, & Otthone. De hujus Sturlæ peregrinatione fàctâ An. 1263. memorant Annales Islandici, (*qvô Anno habitatores Islandiæ meridionalis, qvi terram à parte fluminis Thiotsà Orientali inhabitant, fidem dederúnt de tributo Regi annuatim solvendo*). Magnus verò Rex Norvegiæ ablegavit Ann. 1271 Thorvardum Therarini filium & Sturlam Theodori filium in Islandiam & Indridam (Aungul) cum Codice Legum; qvâ occasione homagium præstitum fuit ab Islandis Regi Norvegiæ & receptus est titulus Codicis legum Tingfarar Balchur / qvi de Fori judicialis constitutione tractat, item duæ sectiones tituli Codicis Legum Erfdat Fatter / qvi agit de hæreditate liberorum & legitimè natorum & adoptivorum. Totus verò Codex legum, qvem Magnus Rex Norvegiæ miserat in Islandiam, præter titulum de hæreditatibus (exceptis duobus capitibus jam dictis) communibus suffragiis approbatus est anno seqventi 1272. Anno v. 1273 in Festo Martini approbatus est ab Islandis titulus Codicis Legum de hæreditatibus, qvem antea miserat

Islan

Islandis Magnus Rex Norvegiæ cum Raffnero Otthonis & Sturlâ Nomophylace. Anno v. 1277 peregrinatio Raffneri Otthonis, Thorvaldi Thorarini & Sturlæ Nomophylacis ab Islandis observata est: *qvo anno Magnus Rex Norvegiæ viros Nobiles in Norvegia titulo Baronum & Dominorum ornavit; Armigeros v. titulo Eqvitum & Dominorum.* Rediit v. Sturla Nomophylax An. 1278, qvi inter vivos agere desiit 1284, *eodem anno qvo de vitâ exière Martinus Papa, Carolus Rex Poloniæ, Petrus Episcopus Orchadum & Magnus Baro Orchadensis.*

4. Sturla Raffneri filius floruit An. 1262, *qvô Islandi juramento sanciverunt Regibus Norvegiæ Aqvino & Magno Homagium seu Clientelaris officii sponsionem & annui census exsolutionem, tum in Meridionali, tum in Boreali & Occidentali Islandia.* 4.

5. Sturla Jonæ filius vixit An. 1296, peregrinatusq; est, sociis Domino Thorlaco & Jona Einari filio Anno 1300, *qvô venit ex Germaniâ fœmina qvædam, qvæ confessa est se esse filiam Regis Erici & Margaretæ, filiæ Alexandri Regis Scotorum, addiditq; se ab Ingebiorga Erlingi filiâ, Erici Regis ex Sorore Nepti venundatam fuisse Jonæ Magni filio Baroni Orchadensi: sed illa anno seqventi combusta est, qvæ dicere non erubuit se filiam esse Erici Regis, decollatusq; est ipsius maritus.* Fato decessit hic Sturla An. 1302, *qvo dirutum est templum Holtense juxta Ejafiöllum.* 5.

6. Sturla Snorronis Narferi filius aqvis mersus est Anno 1332, qvi fortè filium genuit nomine Ormerum, de qvo seqvens decantatum est Poëma, cujus genus est Runhnet.

1.	1.
Miøg egg thun øx	Securis valde acuta
J Jardaføx	In jubâ terræ (seu in superficē terræ)
Sueik lijda liif	Stravit fallaciter virorum vitâ (seu vi-
Dreif hrotta hregg	Sed fidit (seu fregit) Scuta [ros vivos)
Vm heila vegg	Pluebat gladiorum nimbus
Gaff ei huyldar hlid	Per parietem cerebri (seu per craniū)
Hardfeingiad lid	Non indulserunt qvietis spacium
	Viri bellicosi.
2.	2.
Sonur Colbnins Sitt	Colbani filius
Sverd reide fritt	Exercuit seu usus est suo gladio liberè,
Var Thorsteins Vigur	Ensis Thorstani
Vel langur og Digur	Erat & benè spissus & longus

Med husrjum hann	Qvo (ſc: Enſe)
Hugar thryde vann	Generoſum explevit animum
Aff Storte ei	Ille non defecit viribus
J Orfa they	In bello
3.	3.
Fra Eng Stæla Storm	Inaudivi Ormerum Sturlæ filium
Mieg Sturla Orm	Intendere bellum
Thar er kysse kyr	Ubi tranqvillè oſculatus eſt
Kirkiu Dyr	Fores templi
Kuad hann thurfa thes	Ille dixit opus eſſe
Ad thylia ves	Carmen dictare
Tho er bænin beſt	Attamen precatio eſt optima
Honum byrgde meſt.	Qvæ illum potiſſimùm conſervavit.
4.	4.
Jon ſkreiddiſt ſkiott	Jonas Skraveifa
Skraveifa ſliott	Citò exivit
Kamars Augat ut	Per feneſtram domûs
Vid ærna ſut	Orto magno tumultu
Su liota leid	Via turpiſſima (*ſc: mortis*)
Liediſt virdum greid	Patebat latè viris
Thein er fylgde thann	Iis qvi concomitabantur iſtum
Trecklauſlann mann.	Imbecillum virum
5.	5.
Smidur vardiſt vel	Smidus defendit ſe maſculè
Fieck virdum Hel	Cujus latus gladius
Hans braudurinn breidur	Conſcivit viris mortem
Tha er bardiſt reidur	Ubi irâ percitus pugnavit
Honum fylger faſt	Intrepida cohors
J ſteina kaſt	Induta armaturis
Sveit huorge hrædd	Locat illi ſuam ſedulo operam
Hring Serkium kladd	In jactu horum (*ſeu in bello*).
6.	6.
Kylfu heirde hang	Audita eſt clavarum (*ſeu machararum*)
Hial gridur rang	Bellica Securis (vibratio
Vel huss og hrein	Acuta & bene ſubliſa collimavit
Neitt holld Seinbein	Directè & carnem & oſſa, (dolore
Med thunga thraut	Cum gravi & improbo ſudore, labore,
Thegn falla hlaut	Bellator iſte (*ſc: Smidus*) coactus eſt ca-
Hier neit hagur	Sic nihil prodeſt (dere
Hier fellur bragur.	Hic finis eſt cantilenæ

Hic

Hic verò conflictus factus est An. 1362, cujus occasio fuit hæc: Anno 1361 tempore autumnali insurrexit Thorstanus Helleri filius contra Jonam Holensem Episcopum, effecitq; ut omnes Presbyteri, inter sinum Oxonadal & sinum Reikiadal habitantes, obedientiam ipsi stipulatâ manu sponderent. Qvô factô, Holam confluxerunt in festivitate Divæ Catharinæ, Episcopoq; obedientiam renunciaverunt; imò tam Laici qvàm Presbyteri omnes eum Grönlandiæ Episcopum contumeliosè nominarunt. Smidus verò & Arnerus Theodori convenerunt, mutuamq; amicitiam juramento sanciverunt. Anno verò seqventi celebratus est conventus Presbyterii & Laicorum Holis in festo Tiburtii, veneruntq; Officialis Cathedræ Schalholtensis & Smid⁹ Satrapes, nec poterant partes dissidentes reconciliare. Post hæc peregrè profecti sunt Stephanus & Gudmundus Pastores; Laici v. Thorstanus Eiolfi & Olaus Petri Eyfiordensis navigiô Thorstani Halleri usi sunt. Appellentes a. ad Hollagiam, capti sunt à Præside una cum navi & mercibus, captiviq; ad Regem adducti. Obiit autem Thorstanus & omnes ejus comites; Conflagravitq; templum Haukadalense cum tota suppellectile. Smidus Andreæ f. Satrapes captum tenuit Arnerum Theodori, ob causam Barchadensem. Arnerus appellavit ad Regem: Maluit n. in Norvegiam vinctus abduci, qvàm sententiam de se definitivam, à Smido isto latam, pati. Verùm perniciosus & iniqvus iste Satrapes, appellanti subscribere recusans, Arnerum capite plexit in Insulâ Lambey 24 Junii. Funus v. Arneri advectum fuit Schalholtiam, ibidemq; terræ mandatum. Finitô a. Foro magno Smidus aliqvot meridionalis Islandiæ inhabitatoribus comitatus in Borealem eqvitavit Islandiam. Eyfiordenses v., ipsius adventu per speculatores cognito, fraudes veriti, obviam Smido iverunt, eumq; bello sunt adorti in pago Eyfiordensi *Grund* dicto. In qvo conflictu cæsus fuit Smidus & cum eo Ionas Gutormi Skraveifa, Jarpus Johannis, Jonas Longus, Bernhardus Magni, Gudmundus Andreæ & Thorvaldus Helgonis Islandiæ meridionalis Incolæ: ex adversâ verò parte, cæsi fuerunt Andreas Ormeri, Steno Brinjulfi, Magnus, Biorno Theodori, Gudmundus Haldori, & Einarus. Summa cæsorum 14 viri. Ortus a. est conflictus iste horâ sextâ antemeridianâ, finitus verò horâ octavâ. Ormerus Snorlæ f. & Torgeirus Egilli, cum suis comitibus vitâ sunt donati. Ormerus verò cæsorum arma & reliqva eqvitatum concernentia secum abduxit. De hujus conflictus victoribus tàm cruentis, qvàm non cruentis hoc decantatum poëma reliqvit Poëta qvidam nomine Sniolfus.

7. Sturla Bodvari filius supremum diem explevit Anno 1392.

Edda citatur ab Olao Verelio.

Præfat. ad Lector. pag. penult. lin. 16.] Olaus qvoq; Verelius in notis suis ad historiam Gothrici & Hrolfi pag. 2. & 3. ex Edda probat Odini & Asiaticorum immigratione veterem lingvam Islandicam insigniter mutatam esse. Eddæ qvoq; mentionem facit ibidem pag. 34. ut & aliis in locis.

Eddæ codex MS.

Præfat. ad Lector. pag. ultim. lin. 1. post illa verba: *à me excerptas subjunxi:*] Præter hosce Codices alius adhuc MS. extat in Sveciâ, & est illustrissimi R. Cancellarii Comitis Magni de la Gardie Bibliothecæ, qvem citat Joh. Loccenius *in notis historicis ad Histor. Svecic. pag. 3.*

Svecia dicta Svithiod.

Cap. 3. Prolog. Lit. C. 3. lin. 14.] Svecia cur dicta est Svithiod vide Olai Verelii notas in historiam Gothrici & Hrolphi *pag 9. 10. 11.*; item Joh. Loccenii antiqvit. Sveo-Goth. *lib. 1. cap. 1. pag 10. & 11. edition. secund.*

Mytholog. 1. Island. lin. 1.] Gylve ried: lege Gylve Kongur ried. C. N.

Ibidem lin. 7.] Thad Land ut um Haffed. Lege. Thad Land ut og vestur um Haffed. C. N.

Mytholog. 2. Island. Lin. 13.] Sumt med leikum / sumer med Vapnum. Lege. Sumt med Leikum / sumt med Dreikju / sumer med Vapnum C. N.

Mytholog. 23. lin. ult.] Og er hann ein hentur sydann. Lege. Og er hann ein heintur sydann / og eki kalladur til sættar manna. C. N.

Mythol. 28. lin. 7.] Hel kastada hann i Nifsheim. Lege. Hel kastade hann i Nifsheim / og gaf henne valld yfver uynuda heime / ad hun skilldi skipta øllum vistum med theim er til hennar voru sender / enn thad eru / og öllum etc. C. N.

Mythol. 38. lin. 7.] Kasta / Thiálfe. Lege. Kasta / og stadda theim ein Thiálffe ꝛc. C. N.

Mythol. 39. lin. 12.] Borg Søn hennar ganga their / og verda / á völlum nockrum til Grind. Lege. Standa á vøllum nockrum ganga their til Borgarenne / og var Grind. C. N.

Myth. 41. lin. ult.] Thrudvanga. Lege. Thrudvanga. Een thad er satt ad sniga / ad haffda hann raaded ad leida til eff samann mætte berafnnde theirra og Midgards Orms sem sydar vard. C. N.



In editionem Eddæ

à

Consultissimo Viro

D. PETRO RESENIO

Icto, Professore

& Consule

procuratam

I.

ᛂᚦᚦᛆ ᚼᚢᛁᛚᛟᚦ ᚢᚿᚦᛂᚱ ᛒᛂᚿᛦᚴᛂ
ᚢᚦᛁ ᛘᚯᚱᛦᚴᛂ ᛚᛆᚵᛐ ᛁ ᛋᚴᛦᛚ
ᛁᚿᚵᛂᚿ ᚴᚢᚿᚦᛂ ᚦᛂᚱᛒᛆᛆ ᛐᛂᚿᛦᚴᛂ
ᛆᛐ ᚠᛆᚱᛆᚿᚦᚱᛂ ᛚᛦᛦᚴᛂᚿᛋ ᛁᛦᛚ
ᛋᛅᛘᚢᚿᚦ ᛋᚴᚱᛂᚠ ᛆᛦ ᛋᚿᛆᚱᚱᛂ ᛘᛂᚱᛂ
ᚱᛂᛋᛂᚿ ᛐᛂᚿᚦᛂ ᚼᛂᚿᚦᛂᛋ ᛚᛦᛋ
ᚦᛂᚿᚿᛂᛘ ᛒᛅᚱᛅᚱ ᚱᚢᚿᛆ ᛅᚱᛂ
ᚱᛂᛋᛂᚿ ᚴᛁᚠᚠᚢᛂᛋ ᚦᛆᛒᛒᛂᛚᛐ ᛒᚱᛁᛁᛋ

H. e.

Edda hviled under Bencke
Udi Mørcke lagt i Skyl /
Ingen kunde derpaa tencke
At forandre Lyckens Jyl
Sæmund skreff oc Snorre mere/
Resen tende hendis Lys /
Dennem bærer Runa Ære /
Resen giffvis dobbelt Priis.

II.

ᚱᛂᛋᛂᚾ

Anagr.

ᛋᛂᚾᛂᚱ.

ᛂᚦᚦᛆ ᛋᚯᚵᛐᛂ ᚼᛁᛂᛚᛒ ᚼᚮᛋ ᚢᛂᚾᚾᛂᚱ
ᛋᛐᛦᚱᛍᚴᛂ ᚠᚮᚱ ᚦᛂᚾ ᛋᚢᛆᚵᛂ ᚴᚱᚮᛒ
ᚼᛆᚠᚦ ᛂᛦ ᚱᛂᛋᛂᚾ ᛐᛁᛚᛋᛆᛐ ᛋᛂᚾᛂᚱ
ᛆᛚᚦᚱᛁᚵ ᚼᛆᚠᚦ ᚼᚢᚾ ᚱᛂᛁᛋᛐ ᛋᛁᚵ ᚮᛒ.

H. e.

Resen

Anagr.

Sener

Eddā søgte Hielp hos Venner /
Styrcke for den svage Krop;
Haffd ey Resen tilsat Sener /
Aldrig haffd hun reist sig op.

III. Car.

III.

Carmina qvæ niveis incluſerat Hecla favillis,
Merſerat aut tenebris ultima Thule ſuis:
Qvicqvid *Sæmundus*, *Snorro Sturlæus*, & ipſa
Vel falſis, veris vel dedit *Edda* modis;
Omnia complexus docto RESENIUS orbi
Aſſerit, & patriæ vindicat ille ſuæ.
Sint licet hæc fictis vicina poemata; vera
Qvæ Juris Conſul dictitat eſſe puta.

Ita

Magno Collegæ & Affini

gratulatur

Thomas Bartholinus.

85

